

DOMICILIVM  
ÆTERNATVRÆ GLORIÆ  
EX GENVINIS VIRTVTIBVS

ILLVSTRISSIMI PRIMATIS REGNI,  
LEGATI NATI, PRIMIQUE PRINCIPIS.

REVERENDISSIMI DOMINI  
D. MATTHIÆ LUBIENSKI

Dei & Apostolicæ Sedis Gratiâ Archiepiscopi Gnesnensis.  
GRATITVDINIS ERGO EXSTRUCTVM

*Atq;*  
IPSO PRIMITIALI DIE DEDVCTIONIS.

Miraculosæ Imaginis  
CLAROMONTANÆ VIRGINIS.

Ad suæ Archi-Præfulæ Liberalitatis

BASILICAM

PANEGYRICO REPRESENTATVM

*In Claro Monte Czeszochouieusi*

ANNO REPARATÆ SALVTIS  
M DC. XXXXIII

CRACOVIAE,

In Officina STANISLAI BERTVOWIC.



INSTYTUT BADAŃ  
BIBLIOTECZNY I BIBLIOTECZNA

681





GENTIS & ARCHIEPISCOPALIS  
INSIGNIA

Vertice quis Gladius riget? aut quæ triste BISONNIS  
 Transfixere ferum ferrea tela caput?  
 Magnanimæ ista nitent Mauortia Symbola Gentis;  
 Est domus, ANTISTES, Lemma, decusq; Tuæ.  
 Digna Arma, astrigerâ, quæ Martis in æde locentur,  
 Ista Bisontinum, cur legit ergo, caput?  
 Quodsi, nec tholus iste placet, quo pendeat ENSIS;  
 Accipe vaginam, quam Tibi, Diua parat;  
 Virgineo, haud quæras meliorem, corde MARIAE,  
 Dignam, Præsuleâ, cui struis arte, domum;  
 Septenos gerit illa Enses in pectore. Quidni  
 Octauum, gratans tollat et ipsa, tuum?  
 Quin iam VIRGO latus pandit. Tu condito telum;  
 Thecâ, non poterit, nobiliore, tegi.

RE  
JLLVS



Ordinis nom  
 nos, non tan  
 recens inaug  
 centem Tuas  
 liter effusam  
 ab Illustri T  
 commendata  
 HONORA  
 dius, saluo c  
 exquiret rat  
 Vitruuius su  
 erga Maccen  
 nia, iam Ce  
 las integras  
 uisse, Ingr  
 Archiepisco  
 atq; Ecclesia  
 ergo in tam  
 post aliorum  
 cissimè iam  
 prosequi qu  
 quemq; ad ea  
 qua deterre  
 Ecclesia &  
 etiam Muni  
 officijs, quo







ONTIS  
 ue?  
 Gentis;  
 Tua.  
 locentur;  
 it?  
 ENSIS;  
 rat;  
 MARIAE  
 num;  
 uidri  
 im?  
 telum;  
 i.

DEDICATIO  
 RELIGIOSI LABORIS  
 ILLUSTRISSIMO ET REVERENDISSIMO  
 ARCHIA NTISTITI



**V**IRARI non neminem atq; cogitabun-  
 dum primo, ut aiunt, in limine consti-  
 stere existimo ILLUSTRISSI-  
 ME & REVERENDISSI-  
 ME PRINCEPS, ad Synchomatica  
 huius, siue Gratulationis, siue quod satius di-  
 xerimus Gratiarum Actionis, quam Tuæ  
 Illustrissimæ Celsitudini supplices totius  
 Ordinis nomine offerimus, inscriptionem. Quid nimirum causa sit? quod  
 nos, non tantum summum hunc virtutis Dignitatig; Tuæ gradum, quem  
 recens inauguratus Regni PRIMAS Primusq; PRINCEPS inuisti, sed & re-  
 centem Tuam, in Basilicam DIVÆ CLAROMONTANÆ Libera-  
 liter effusam Munificentiam contemplati, eam, si non ab ingenio, saltē  
 ab Illustri Tuo nomine, quō est Veluti gemma obrizo illaqueata auro,  
 commendatam opellam, non alio, quam hoc Augusto DOMICILII  
 HONORATI titulo consignandam censuerimus. Certē qui rem profun-  
 dius, saluo colore mentēq; amicā inspexerit, facti à nobis nullam posthac  
 exquiret rationem. Grauissimi quig; referunt Historici, maxime verò,  
 Vitruuius summus Antiquitatis obseruator; Græcos antiquiores, quā erant  
 erga Mæcenates suos humanitate, iisdem perēgre venientibus, iam Tricli-  
 nia, iam Cellas, Cubicula, ades, & quibus fortuna pinguior, etiam Au-  
 las integras, amplissima Palatia extruere, inscribere, donare consue-  
 uisse. Ingressus & Tu es, non multo ante GNESENSEM  
 Archiepiscopam; atq; utinam Sospes & Auspex illi simul, Patria,  
 atq; Ecclesia Orthodoxa, & præsīs & profis quā diutissimē! Ecquid  
 ergo in tam iucundis meditationibus consilij? Illis præsertim, qui Tibi  
 post aliorum sublimes Lauros, aut gratulabundi obuiam ire, aut feli-  
 cissimē iam iam Archipræsulariter dominantem faustis acclamationibus  
 prosequi quoquo modo meditantur? Licet enim multa sint, quæ vnum-  
 quemq; ad ea quæ retulimus, officiosē præstanda alliciant, sunt tamen &  
 qua deterreant etiam disertissimum. Nos certē cum Te Magnum in  
 Ecclesia & Repub: Primarchum, in vobro hoc CLARO Monte  
 etiam Munificum Mæcenatem penitus intuemur, quibus grati animi  
 officijs, quoue apparatu Celsitudinem Tuam excipere debeamus, prorsus  
 ignora





ignoramus. Nam qui nos sumus? Qui Triclinium aut Aulam Ampli-  
tudine Tuâ dignam extruamus? Aut donis Te aliquibus transitorijs, quæ  
Tu non soles accipere, sed dare, remuneremus? Dabimus nihilominus  
hec quoq; ; Et ne quid desit gratitudini, Attico ritu etiam Domici-  
lium substruere non grauabimur, quo post tot itinerum anfractus & mole-  
stias, hilaris excipiaris splendidissimum. Atq; ut dicamus, quod res  
est **ARCHIANTISTES AMPLISSIME, DOMI-  
CILIVM** Æternaturæ Gloriæ quod vides, Palladio expressum peni-  
cillo, quidni Aulam aut etiam Arcem Louicensi, Skuierneuiensi, Opa-  
touiensi, & quauis alia nobiliorem appellemus? **AVLA** est quia speciosa,  
Palatium, quia Augustum, Arx demum & si mauis etiam Castrum,  
quia virtutum Episcopaliū omni dotatum, & illud quidem animatâ  
Panopliâ. Sed nec pudor est, Nouum hoc ipsum indigetasse Domicilium;  
Non quasi annos Fâmæ Gloriæq; Tuæ (cuius, Maiorumq; Tuorum, ab  
aliquot seculis præclara in Deum & Rempubl: merita, Regni consignata  
sunt monumentis) nouitia quæpiam recenseat insignia; Verum quia  
Nouo Tuo Honori, quem Tibi post alios & alios Religiosè administratos  
Episcopatus, approbante in terris **CHRISTI** Vicario, Serenissimi  
**VLADISLAI, IV.** munifica voluntas pro tot tantisq; in Eccle-  
siam suamq; Regiam Maiestatem meritis, nouiter cum Archiepiscopali  
contulit Infula, gratulandum itidem, hoc ipsum Viuum inquam oc-  
currere non veretur domicilium;

Quod non imber edax, non Aquilo impotens  
Possit diruere, aut innumerabilis  
Annorum series, & fuga temporum.

Verum enim verò non Tibi soli hoc monumentum consecratum esse volui-  
mus, Ast toti Tuæ Illustrissimæ Familiæ, Pjs ante omnia Manibus Re-  
verendissimi olim Plocensis Episcopi Fratris Tui & Collega dignissimi,  
qui ante paucos annos, plenus non minus dierum, quàm meritorum cele-  
ste adiit Prytanæum. Nisi quod primum Tu summumq; præ illo locum  
tenuisse dicendus es, qui etiamnum velut Sol. ille calorū ocellus, in-  
ter splendissima sydera, supremi Principis decoratus mitrâ colluces. Atq;  
ita, quando Astronomi suas siue sedes, siue domos suis Planetis, præ  
cæteris Soli, Luminum Principi, per varia signa Zodiaci percurrenti  
assignant; vbi certis temporibus subsistere, certis progredi commora-  
riq; consuevit; Cur non nos quoq; Tuo Illustrissimo Honori, ac si Soli  
sesè altius per Zodiacum meritorum attolenti, quo diffusiores Orbi  
Lechico radios aspergeret, Domicilium toties commemoratum, libentes  
lubentesq; substruamus? Vbi aliquantulum radijs Archipræsulei splen-  
doris contractis securè conquiesceret? Ferdinando eius Nominis Primo  
Rom,

Rom: Imperat  
tum Neptunum  
sumptuosa, vn  
scio quam siue  
inibi qui vellet  
nes, cryptas,  
dus,atriola ubiq;  
sas ut concinne  
Genio, omnia t  
tia: vario lude  
ras, iugument  
namenta, sug  
illius edificiol  
pendiculum, a  
sponderit. Et q  
iam suffrenatio  
esset, ipsa Fron  
mum ex se se s  
rosam fateor In  
omni vitâ emea  
(vbi non diu po  
fit, ambitiosu  
toria Maiestati  
bricatum, ab a  
uolentiâ Nomin  
desculptum offe  
sime Celsitudin  
pupilla equitas  
pretiosus, &  
tè meritisq; Tu  
mum donarium.  
ali, multa pro  
rent; Tua deu  
cessit. Quando  
nimis venerit  
dem æternatura  
quod ex eadem  
deo splendidum





Rom: Imperatori ( teste Guiciardino ) Respub: Illa , quæ supra inque-  
tum Neptunum constructa , mille annorum firmitate superbit , inter alia  
sumptuosa , vnum alijs augustius fertur misisse donarium ; Aulam ne-  
scio quam siue Palatiolum , totum ex Crystallo affabre factum ; videre  
inibi qui vellet poterat , intus quidem Triclinia , Cameras , testudi-  
nes , cryptas , perystilya , conclauia , thalamos , antithalamos , gra-  
dus , atriola vbiq; sua ; Columnas quasi Celorum Atlantes , sellulas , men-  
sas vt concinne dispositas , ita & , ad miraculum Polyclateo elaborata  
Genio , omnia tanquam torno ducta , sinuosis circumvolutionibus inerran-  
tia : vario ludentia cylindro ; A foris verò cernere licuit ibidem apertu-  
ras , iugumenta , præcinctiones , fastigiorum acroteria , coronarum or-  
namenta , suggrandationes , proiecturas , & reliqua omnia membra  
illius ædificioli ex architecturæ legibus , ita fabricata , vt altitudo ad per-  
pendiculum , angulus ad normam , longitudo ad regulam lineamq; re-  
sponderit . Et quod mireris , hic & ibi circa margines , ausis iam gemmeis  
iam suffrenatione aurea , omnia deuincta . Et ne quid illi ipsi Palatio de-  
esset , ipsa Frontispicia Imperatoris Insignijs ex arte affixis , iucundissi-  
mum ex se se spectantibus theatrum faciebant . Hanc talem Veneti ope-  
rosam fateor Imperatori , sed vitream Aulam , meliore fabricâ viduam ,  
omni vitâ emedullatam , ac quod caput est , à minima quauis collisione  
( vt non diu post accidit , dum eam Legatis quibusdam pro pompa , vt  
fit , ambitiosius ostentaret ) perituram ; Verbo dicam caducum Impera-  
toris Maiestati obtulerunt domicilium . Viuum nos , quia ab ingenio fa-  
bricatum , ab amore delineatum à gratitudine & submissi affectus bene-  
uolentiâ Nomini Tuo Amplissimo substructum , Apollinari demum dexterâ  
desculptum offerimus Sacrarium . Quod tanto gratiosius Tuæ Illustris-  
simæ Celsitudini futurum remur , quanto à Te Prudentissimo Iudice ( cui  
pupilla equitas ex munere subarrhato in sponsam cessit ) ingenium auro  
pretiosius , & crystallo quouis lucidius esse censetur . Virtutibus cer-  
tè meritisq; Tuis illustrandis , Te Tanto Principe dignissimis , dignissi-  
mum donarium . Et merito id quidem Tuo facimus , Nam cum plurimi  
alijs , multa pro Honore CLARO MONTANÆ DIVÆ age-  
rent ; Tua deuotio liberalitatem omnium ac venerationem toto apice ex-  
cessit . Quando æquabili tenore , hac ipsa Basilica , ad istam quam cer-  
nimus venerit consummationem . Tibi nimirum hanc Gloriam & qui-  
dem æternaturam in omne consequens æuum , æternum illud Numen ,  
quod ex eadem Virgine humanos induit artus , reseruauit , vt & hoc a-  
deo splendidum absolueres ædificium ; & suâ hac non minus , quàm huius

B

DIVÆ



*DIVÆ* satis superq; miraculosa Imagine, illud ad inuicem impleres. Quidni igitur. Pro sublimi hoc sacroq; Domicilio, Domicilium itidem, tenue licet, nisi quod à Religiosâ manu profectum, *ILLVSTRIS- SIMÆ TVÆ* Amplitudini gratantes reponamus? Quod & fa- cimus omni quâ maximâ possumus animi demissione. Sed, nec addubita- mus quidquam, quâ Comis & prudens es, Te non habiturum dedigna- tioni hoc quale quale Cenobitici genij Lararium. Marmora siquidem. Vetustas exedit, animorum grata, & à fortiori, eruditâ ( quæ res à *VOBIS* Magni Veri præclare gestas consenescere non patitur ) inscriptio, viuit vigetq; immortalis.

Cui nec furta nocent, nec sæcula maxima præsumt,  
Solaq; non norunt hæc monumenta mori.

Occupa igitur *ILLVSTRIS- SIMÆ ARCHIANTI- STES* hanc mentis nostræ iam pridem Tibi mancipatam sellam, atq; hanc sub Tuum ad Claromontanum hoc Cenobium auspiciatum aduentum, salutandi alacritatem, quam siue in vultu nostro, siue etiam per totum hoc paginarum effusam corpus cernis, viscerum nostrorum prædem vademq; existimato.

Illustrissimæ Celsitudini Tuæ

Æternum deuotissimum

Cænobium Claromontanum Ordi-  
nis S. Pauli primi Eremitæ.



PAN  
EID

REVE  
A

**A** V  
cui  
scr  
hæ

quam TAN  
laudes Morta  
clusa magnitud  
terræ auspici  
PRÆSVL  
strum vsq; a  
sperus in fing  
sacras operas,  
insolito gaudio  
ta & quæ noll  
quæ vellet ami  
bis adumbrare  
(rara Heroicu  
VIRGINE  
præsentasti. C  
sunt, eruntq; ;  
que lineamenta  
num omnis piet  
diocriter formi  
audaxq; morum  
Maiestatem. Ni







PANEGYRICVS  
EIDEM ILLVSTRISS:

&

REVERENDISS: ARCHIPRÆSVLI

AC PRIMO PRINCIPI

E voto Proto-Eremitici Ordinis  
consecratus.

**A**VGUSTA AVGVSTÆ VIRGINIS,  
cui Deus ipse imputat genus, & suam sibi in-  
scribit MATREM, O mirum! Stupet  
hæc mysteria terra, stupet cælum! Huius in-  
quam TANTÆ & TALIS Genitricis, quæ supra  
laudes Mortalium Geniorumq; est, hoc in sacrario con-  
clusa magnitudo, quod supplici auro curâq; vigili ab imis  
terræ auspicijs ILLVSTRISSE ARCHI-  
PRÆSVL sospes interea & Auspex extruxisti; no-  
strum vsq; adeo attonitum reddidit animum, vt di-  
spersus in singulas Tuas istas, non sine profusis sumptibus,  
sacras operas, nullibi possit esse integer; quin partim  
insolito gaudio, partim insolenti admiratione abrepta, mul-  
ta & quæ nollet sui sermonis alueo concludi admittat, &  
quæ vellet amittat pariter oratio. Nimirum reuerita id ver-  
bis adumbrare, quod tu Magnifico opere atq; ingentibus  
(rara Heroicum Tuum pectus erga DEIPARAM  
VIRGINEM exstimulâte veneratione) impendijs re-  
præsentaſti. Certè scripta nostra dictaue, quanta quanta  
sunt, eruntq; ; Tabulæ mutæ, & ignaua sunt nonnisi fient-  
que lineamenta. Spirans tu es statua, viuumque ac genui-  
num omnis pietatis simulachrum. Hinc est, quod non me-  
diocriter formidamus, ne stylus hic noster, simul timens  
audaxq; morum Dignitatisq; Tuæ quoquo modo deterat  
Majestatem. Nisi quod efficax Tua Viuaxq; in Sacratissimam

Pietas Re-  
uerēdisimi  
erga Diuam  
Claromon-  
tanam, ver-  
bis nequa-  
quam pro  
dignitate  
exprimipo-  
test.

Eiusdem  
munificen-  
tia etiam

B 2

Diui

uicem impleres.  
icilium itidem,  
L V S T R I S  
Quod & fa-  
l, nec addubita-  
turum dedigna-  
mora siquidem.  
ditâ ( quæ res  
non patitur )

a præfunt,  
ori.

CHIAN TI  
am sellam, atq;  
tum aduentum,  
sue etiam per  
strorum prædem

ontanum Ordi-  
mi Eremitæ.

684



INSTYTUT BADAŃ  
NAJ WIĘKSZEJ KULTURY



elingues  
facundos  
efficit.

Ad grati-  
tudinem  
pertinet  
inuicem  
regerere  
beneficia.

Amor &  
Admiratio  
silētio gau-  
dent.

Publica  
contralau-  
datio ap-  
paratum  
dictionis  
requirit.

Diui Parentem munificentia, etiam exangues non, literas tantum, sed vocem ipsam ex se licet exsuccam, se sola, vt aiunt, potens est animare. Atq; hęc tantā, tamq; viuifica liberalitate, & nos interea in spem erecti, ad eruditum, si quomodo per tenuitatem Religiosam licebit, respectare sty- lum, institimus, vt Archi-Præsulex deuotionis laborem, per orationis tibi debitæ, circumduceremus ambitum; Pulcherrimumq; hoc Tuum ( nisi fortè malis dici MARIANVM ) in Monte Claro ab ipsis fundamentis eductum, si non condigno, saltim congruo sermone exprimeremus Mausolæum. Sed neq; tantum Tuo hoc aded celebrato ad Honorem VIRGINIS Theotocos exstructo ædificio, deuota hęcce dictionis libamina consecrare ardet animus; Placet vnâ eademq; operâ præter virtutum Meritorumq; Tuorum reconditam farraginem, insuper & recens Tibi collatam Archiantistitij Maiestatem itidem sub Domicilij IMAGINE in orationis verecundo conatu trahere argumentum. Verùm nec conueniētius quidquam, quodq; magis parilem sapiat gratiam referre poterimus, quam si pro sacro hoc Domicilio DIVINISSIMÆ VIRGINI fabricato, Domicilium vicissim Honoratum regeramus, & par, pari vt aiunt referamus beneficium. Atque vtinam nulli infra veritatem subsistamus, aut à rei dignitate remotiùs laudatione nostra Tuam istam ubiq; exaggeratam, vitæ Gestorumq; gloriam diminuamus! Ita ILLVSTRIS- SIME & REVERENDIS- SIME PRINCEPS (communi ferè omnium quotquot Te nouerunt consensu edocti) vt Te amare & admirari omnes possimus; Dicere autem de Tuis virtutibus, cumq; debito verborum honore loqui non item valeamus, Idque vel ideo, quod Amor & Admiratio silentio quodam arcano gaudeant, Locutio item, multò magis scriptio, cum silentio esse nequeant, omnem possibilem apparatus, vt in publicum prodeant, omnino requirunt. Vincemus tamen nos ipsos, & Amori loquelam & Admirationi scriptionem addemus, vt non ignorare aut saltem celare Regni vniuersi felicitatem videamur, quod Te Principem Senatorem, Primumq; Primatem complexum, tam



tam integrum,  
nihil magis ad  
re videatur. Pe-  
rum præcones  
tim ætate, in  
elocata, Basilio  
nem vt aiunt!  
totum si sub Ill-  
tana DIVA  
dat) confecerit  
tulisse arbitra-  
Natura siu-  
mi quiq; è  
corporum mag-  
rum colligi no-  
dem cælitus in-  
cuius ore, ipsa  
tiam in vultu h-  
monico inquan-  
nium quotquot  
actionesq; pruc-  
tarum Pruden-  
stratum Nestor  
cuit. Cui suppa-  
bilitate Ænæ

Quis non  
Quam se  
Credo equi

Vnde & Tomita  
est illud profer

Si genus

Ita ita inest in h  
Hinc si fides Hi  
à Regina Amaz  
minori venerat



INSTYTUT BADAŃ  
NALEŻYĆ SIĘ DO KRAJOWEJ KOLEKCJI



tam integrum, tam piū, omnibusq; numeris absolutum, vt nihil magis ad sui Ornatus coronamentum ampliùs expectare videatur. Permite igitur, vt inter tot Meritorum Tuorum præcones, de illis non minus, quàm de rarâ, hac præsertim ætate, in sacram hanc, **DEIPARÆ VIRGINIS** elocata, Basilicam, munificentia aliquid nobis, vel per crenem vt aiunt ! non tam dicere, quàm decerpere liceat. Quod totum si sub Illustribus Tuis auspicijs ( hac ipsa Claromontana **DIVA** fauente, cui totus hic Religiosus labor desudat ) confecerimus maximum operis speiq; fructum nos retulisse arbitrabitur.

Duo laudanda in Reverendissimo ponuntur virtū meritum & Munifica Pietas in Virgine Deiparam.

**N**atura siue potiùs **DEVS**, quemadmodum Doctissimi quiq; è veritate fatetur, Magnis Mentibus domicilia corporum magna constituit, vt ex vultu & decore membrorum colligi non difficulter possit, quantus Spiritus illam sedem cælitus immisus intrauerit. Ne mihi fides, sed illi Viro, cuius ore, ipsa Sapientia loquebatur, qui hanc ipsam sapientiam in vultu hominis elucere, plus quàm regaliter, Salomonico inquam verbo asseuerat. Atqui idem est sensus omnium quotquot Summorum quorumq; Principum sermones actionesq; prudentes dispiciunt. Homerus in primis. Poetarum Prudentissimus, à Menelao Thelemachum & Pistratum Nestoris filium ex vultu Regiam esse progeniem docuit. Cui suppar Genio Virgilius, Didonem ex facie de Nobilitate Æneæ diuinantem in hæc verba introducit.

Excellentia animi, in vultu vt plurimum Magnatum elucet.

*Quis nouus hic nostrum successit sedibus hospes,  
Quam sese ore ferens, quam forti pectore & armis,  
Credo equidem (nec vana fero) genus esse Deorum?*

Vnde & **Tomitanus** in suis **Fastis** de **Romulo & Remo**, ausus est illud proferre.

*Si genus arguitur, vultu nisi fallit imago,  
Nescio quem è vobis suspicer esse Deum?*

(facie imago

Ita ita inest in homine mira & euidentis excelsæ nobilitatis imago. Hinc si fides Historicis, qui referunt. **Alexandrum Magnum** à Regina Amazonum, & item **Agésilauum** ab Ægyptijs in minori veneratione vel ideo fuisse, quod non perinde formâ,

C

quam



Heroes nō  
aliunde  
magis, quā  
ex virtute  
æstimari  
debent.

Idem ex-  
plis com-  
probatur.

Principum  
vt præcla-  
re ita &  
male gesta  
neminem  
latere pos-  
sunt.

quā rerū gestarum gloriā celebres fuerunt. Atque vel ex his testimonijs facile perspicitur potest, Heroem quemuis siue Principem, non per hæc externa internosci, qualia sunt diuitiæ, purpura, sceptrum, torques, diademata & similia Regum insignia, sed quia faciem virtutemq; obtinet Principe dignam. Atque tunc quidem non tam Dignitate, quā potius probitate alijs præesse videtur. Similis per omnia illi simulachro Veneris quod (teste Photino) dedicauerat Herodes Marathonus, tantæ pulchritudinis, vt quoties illud (quemadmodum & Demetrium apud Plutarchum & Antipatrum apud Egesippum, summâ habitudine oris Heroas præditos) quispiam intueretur, admiratione vsq; ad deliquium perfundebatur mirificâ. Egregia sanè Principis eiusmodi constansq; ex confluentium lineamentorum conspiratione imago! ad quam efformandam non Phidiam requiri industriam, non Polycleti, aut Mironis artem, sed ipsummet Principem, virtutis opere sese in formam Dei, vt ait Pindarus, quodam modo effingentem; vt miraculo sit omnibus & amori, nemini odio. Hoc siquidem ipso quia in ancipiti fastigio vitam agunt veluti altissimâ luce circumfusi Illustres eminent, nullumq; vt male, ita & præclare gestis suis inuolucrum inueniunt. Irrumpit siquidem per abstrusissimas quasq; rimulas fama, nilq; tectum & occultum esse patitur. Vnde ingeniosè vellicat aurem suo Regi Claudianus

-- -- -- *Cunctis tua gentibus esse  
Facta palam, nec posse dari Regalibus vsquam  
Secretum vitij, nam lux altissima Fati  
Occultum nil esse sinit latebrasq; per omnes  
Intrat, & abstrusos explorat fame recessus.*


Honestas  
vitæ cen-  
suram non  
timet ma-  
levolorum

Et sanè probè id nouerat Marcus Liuius Drusus primâ florentis Romæ ætate, Senator intemeratus, qui cum domum siue Aulam exstrueret, eamq; Architectus promitteret se ædificaturum ab omni aliorum conspectu liberam; At verò inquit, si vis experiri artem tuam eiusq; fidem; Talem mihi conde, quæ speciosa quidem, sed aperta omnium oculis pateat; vt quidquid agam aut loquar ab omnibus audiri prospiciq; possit. Hanc vocem ex optimæ conscientie præscri-

pto

pto quâ pollebat  
quitas. O quàm  
TISTES sine  
honorifico testimo  
vidisset, ad intima  
trasset. Vbi quid  
summatum omnib  
Vbique prudentia  
empla obuia collu  
cilium viuum, To  
Honoris splendidis  
Catholica, Sapie  
obarmatâ dexterâ,  
rum Episcopaliun  
Modestæ, Vigila  
plurimis illisq; fid  
iura ponens, sede  
nimirum ille es, i  
erexisse in ea sept  
omnis pietatis ieci  
conchyliatis exem  
verbo singula com  
stituisse Palatium  
tanquam Domina  
ficè & tranquillè,  
det etiamnum quie  
mis incunabilis fu  
nimo mota, peder  
REVERENDI  
rium Tuarum id  
tutibus Tuis, etia  
sumptuosissimæ æd  
micilio, Dijs hom  
licet sint tessalata i  
sta, quam præ hac  
nium Diuinissima  
suos Babylon labor  
surgentes Pyramid  
pretiosis ex lapidi





pto quâ pollebat Drusus iactat in immensum Romana Anti-  
 quitas. O quàm potius Te **MAGNE ARCHI-AN-**  
**TISTES** sine omni fuco & vanâ ostentatione isto adeo  
 honorifico testimonio commendasset proculdubio, si te tunc  
 vidisset, ad intimaq; sermonum & actionum Tuarum pene-  
 trasset. Vbi quid non exactum in verbis? Quid non con-  
 summatum omnibusq; partibus expletum in actionibus?  
 Vbique prudentia, vbique pondus, vbiq; probi moris ex-  
 empla obuia collucent! Quantus quantus es, Totus Domi-  
 cilium viuum, Totus Aula animata, Totus es Capitolium  
 Honoris splendidissimum, in quo Religio ac si Pallas, sed  
 Catholica, Sapientissimo in Throno, non telo, sed zelo  
 obarmatâ dexterâ, omni virtutum circumdata Choro, mo-  
 rum Episcopaliū cuneis stipata, Fidei, Prudentiæ,  
 Modestiæ, Vigilantiæ, Iustitiæ, Liberalitatis & alijs  
 plurimis illisq; fidelissimis affeclis, quibusvis adstantibus  
 iura ponens, sedem fixit posuitq; in Te firmissimam. Tu  
 nimirum ille es, in quo Sapientiam ædificasse sibi domum,  
 erexisse in ea septem charismatum columnas, fundamenta,  
 omnis pietatis iecisse profundissima, parietes magis quam  
 conchyliatis exemplorum adornasse peristromatis, & vt  
 verbo singula comprehendam, dignum suâ Maiestate con-  
 stituisse Palatium; Vbi non iam tanquam peregrina, sed  
 tanquam Domina, quoties aliunde fuisset pulsa, magni-  
 ficè & tranquillè, quasi postliminio resideret. Et sanè resi-  
 det etiamnum quietissimè, vsq; adeo vt ex quo illuc à pri-  
 mis incunabilis fuerit ingressa, ne gradu quidem post mi-  
 nimo mota, pedem ex eo nollet efferre vnquam. Omnino  
**REVERENDISSIME PRINCEPS** pace au-  
 rium Tuarum id quoque dixerimus; nullæ vsquam vir-  
 tutibus Tuis, etiam quorumvis Regum aut Imperatorum  
 sumptuosissimæ ædes, hoc Tuo viuo, quod tu ipse es Do-  
 micilio, Dijs hominibusq; gratiores. nulla Palatia auro  
 licet sint tessalata iucundiora! nulla Basilica tam Augu-  
 sta, quam præ hac Tuâ, si libertas eligendi daretur, om-  
 nium Diuinissima Themis acceptaret lubèntius. Iactet  
 suos Babylon labores, celebret Ægyptus immanes cæloq;  
 surgentes Pyramides! Deprædicet Roma vetus Nouaq;  
 pretiosis ex lapidibus constructa theatra, domos ac Cir-

Vita Re-  
 uerendissi-  
 mi consu-  
 matum ex-  
 emplar  
 virtutum.

Vita incul-  
 pata Archi-  
 præfulis  
 viuum est  
 Dei Domi-  
 cilium.





Idem de-  
ducitur ex  
compara-  
tione sum-  
ptuorum  
quorumvis  
palatiorū.

Describi-  
tur Aula  
quæ cælū  
Fori Bab-  
lonici di-  
cebatur.


cos crustis circumsecus Æthiopicis vesticos, Niliaco, Pa-  
rio, Indico, Ligustico, Lesbio, Cycladico, Iuden-  
tia marmore, Phidiaco elaborata genio, Colossis Ale-  
xandrinis suffultas porticus; Laquearia argento dense  
non dicam tecta, sed lita & celata, Parietes docto penicil-  
lo ad inuidiam ostendet picturatos, distincta gemmis Tri-  
clinia, Pauimenta punctatim diminutis varij generis lig-  
nis Buxo, Ebano, Cedro, Cupresso, discriminata,  
& alias peregrini sudoris operas, & quidquid tandem vf-  
piam vehementi solis adustione ad decorem Aulæ cuiusvis,  
quasi æterno frigore in formam Crystalli solidam accreuit,  
atq; in ædes siue per picturam cæsim compositum, siue per  
alia quævis erudita manuum ingenia in fabricam quampiam  
coaluit, qui volet hæc omnia & singula, & quantum volet  
dillaudet. Non colores desint, non lineamenta ex arte,  
ex ære, auro, argento, vel ipso denique adamante fabri-  
cata; vmbra sunt ista omnia, vel ad sola Frontispicia  
Domicilij quod Tux huic gloriæ, ob æiterna merita,  
æternaturæ imus consecratum, comparata. Refert Philo-  
stratus, de quadam Aula, quæ Cælum Fori Babylonici vo-  
cabatur, tota ex Sapphyris coloris cælestis fastigium Maie-  
statis Diuinæ æmulata, constructa fuerat, cuius tecta &  
pauimenta nix eboris, argenti Lux, auri flammæ, splen-  
dor electri, gemmarum fulgor illuminabant: Iam verò  
in medio Regiæ illius aureæ Deorum effigies quasi ex æ-  
there lucenti (spectatores credo actionum humanarum  
æquitatisq; Præsides) Medioximi eminebant, tantâ  
tamq; spectabili industriâ efformati, vt ipsa muta materia  
vnumquemq; spectatorem vel inuitum ad venerationem  
inuitaret. Singuli Dij suis quisq; affectibus & insignijs cer-  
nebantur; Hi potestate tremendi, illi ad lætitiâ com-  
positi, alij ad clementiam suapte inclinati, plerisque fa-  
cies candore modestiæ perfusa, manus ipsæ ad largiendum  
iucundè procliuës. Ita metallum contumax singulorum  
Deorum raro artificio, non effinxit tantum, sed & ani-  
mauit potestatis notas. Mitto alia ingeniosi illius Terre-  
strisq; cæli ornamenta. Sed & Auiculas quatuor illices  
aureas, ita testudini concinnè affixas, vt non tantum per  
fornicem illum ac si viuæ fuissent, volitasse, verum &  
dulces

dulces grato  
exprimit A  
PLISSIM  
no Sacerdotij  
mulq; Venera  
simulachra m  
didus comita  
congressu A  
in ore HIL  
GNITAS  
opus etiam a  
lis Potestati  
Mentis Tux  
vitæ Episcop  
ex amussim d  
SVLARI  
est satoris om  
phirina ipsu  
Ezechiel Sac  
no Magno v  
ro, sed ex a  
Sacrarium.  
è marmore  
gemmarumq;  
dore fulgura  
tissimam  
Oraculo Piet  
TVAM A  
storalia ornan  
speciosa virtu

Vastâ,

in pulveres  
ILLVSTR  
ris Domicilio  
uies, aut e  
Neq; enim sup  
lem lanam (





dulces grato murmure exercuisse cantus crederentur. Te exprimit AVLA ista ARCHI-PRÆSVL A M-PLISSIME, in quo color hic cælestis Summi in Regno Sacerdotij ex mente Ægyptiorum insigne, Augusta simulq; Veneranda Personæ TVÆ MAIESTAS, simulachra morum lucentia, & reliquus virtutum splendidus comitatus, in sententijs dicendis PRVDENTIA, in congressu AFFABILITAS, in verbis COMITAS, in ore HILARITAS, in aspectu fulgescens BENIGNITAS, æquem ad Tuam amorem, & si quando, opus etiam ad reuerentialem metum tremendæ Primitialis Potestatis non inuitet impellatq;. Adfunt Domicilio Mentis Tuæ auiculæ aureæ, varietatem iucundam non sine vitæ Episcopalis singulari comæatu meritorum Tuorum, ex amussim denotantes. Animus nimirum virtusq; PRÆSVLARIBVS INSIGNIIS succincta, ædificium est satoris omnium Dei splendidissimum; sed & illa Sapphirina ipsius siue sedes, siue solium, quod se vidisse Ezechiel Sacro in codice testatus est luculenter. Omnino Magno veroq; Ioui ad Diuinum consortium, non ex auro, sed ex aurea vitæ integritate fabricatum censetur esse Sacrarium. Nam quorsum ibi coruscans aurum? quorsum è marmore leuigato lucens specula? Quorsum argenti gemmarumq; radiantia sydera? Si animus natiuo splendore fulgurans sedem sibi propria in Sanctitate faciat certissimam? Tali Tu in sede thronoq; Diuino collocatus es, Oraculo Pietatis simul, felicitatisq; optatæ in vniuersam TVAM ARCHIDIÆCESIM dispensabis pastoralia ornamenta. Sed nec timendum quidquam vt adeo speciosa virtutum Episcopalium structura,

Singulæ prænomi-  
 natæ Aulæ  
 ad vitæ Re-  
 uerendissi-  
 mi cum  
 laude per-  
 actum, ac-  
 commo-  
 datur.

*Vastâ, vt ait, Pœta conuulsâ ruinâ*

in pulveres aliquando ventosque abeat inanes. Absit ILLVSTRIS-  
 SIME DOMINE Tuo huic Hono-  
 ris Domicilio ignauus aliquis torrens, aquarumue collu-  
 uies, aut etiam terræmotus hiatusue quispiam noceat.  
 Neq; enim supra calcatos substratosq; carbones, vel mol-  
 lem lanam (quemadmodum Diannæ olim Ephesinæ Tem-  
 plum)

Vota vir-  
 tutibus  
 constans  
 est extra  
 omnem  
 fortunæ  
 casum.





Omnium  
sumptuo-  
sorum & difi-  
ciorum fa-  
cilis interi-  
tus.

Solius vir-  
tutis stru-  
ctura viuít  
cineri su-  
perstes.

plum) est locatum; Verùm immortalitatis statumine suppo-  
situm, & si placet, etiam Diuinitatis angulari Lapidi Chri-  
sto, Zeli, Temperantiæ, Constantiæ, Fortitudinis, alia-  
rumq; virtutum columnis innixum, quoquo modo inspe-  
xeris, solidis vbiq; sustentatur fundamentis. FVIT alicubi,  
olim, vt ait, Poeta TROIA, FVIT Ilium, ibi superba  
Babylon, alibi diues Tyrus stabat; Hic olim Carthago po-  
tens, Athenæ doctæ, fortissimorum Ducum victrix Numan-  
tia, Saguntum & Tarentum bellicosum, Hierosolyma  
Sancta, centum Cretæ Vrbes, Portarum centum,  
famâq; illustres Thebæ, Colossi alibi, Theatra,  
Thermæ, Curia, Obelisci ad extremum contemptum imò  
excidium diuitiarum exstructi, fatuæ Regum moles ad  
inuidiam nubium eductæ, laquearia gemmis grauida, cru-  
stis marmoreis imo aureis inoculata, post enauigata imo fa-  
tigata Maria, ex remotorum littorum lapidibus erecta,  
eaq; varijs orbis in partibus stellarum instar radiantia ædi-  
ficia, vbi tandem terrarum sunt? Dictum de illis diceturq;  
in omnem posteritatem; Illa, non nisi fuisse. Sic; terrâ di-  
ductâ duodecim celebres Asiæ vrbes collapsæ; oppidum à  
cuniculis in Hispania suffosum, à Talpis in Tessalia, à ra-  
nis pulsa ciuitas Galliarû, & aliæ quæuis structuræ passim ab  
alijs casibus sublata. Ipsa demum septem mundi Miracula  
vastata, vt ait æui nostri literarumq; Phænix, Lipsius, diru-  
ta, subruta, quassata, fracta, obruta, incensa, inundata,  
ipsisq; suis cineribus sepulta, & quidem post tot clades ac-  
ceptas, non vno mortis genere, & pleraq; in vix adulto flo-  
re, luxuriosa Palatia perierunt; Cumq; ambitiosè modo  
quærentur, nequaquam suis in sedibus reperiuntur, huma-  
næ vicissitudinis inconstantisq; Fortunæ nuda monumenta,  
nihil præter solam ruinam, ad posteros transmisere. Verum  
enim verò nemo ea vel illis similia, quæ hætenus ex fide pu-  
blica retulimus, dicta factaq; audiet vnquam, quemadmo-  
dum de Virtute, ita nec de Tuo isto Gloriæ Doctorum cala-  
mis constructo æternitatiq; consecrato DOMICILIO.

*Cuncta æui longinqua valet mutare vetustas.*

Regius occinit Poeta. Attamen in virtutes Tuas, ea-  
rumque indiuiduum Comitem (Gloriam intelligo meritis  
Tuis

Tuis debitam  
nulla à quoquo

Teste Lyrico  
stat, crescit, fl  
hunc pereund  
nino est, H  
adeò constans  
Neminem eti  
dignitatisq; P  
uos quospiam  
posse, quàm  
neauit tar  
Tibi d  
Virt

VIR



Tuis debitam) nulla necessitatis, mutationis, Fatorumue,  
nulla à quoquam lata est Lex.

*Virtus sepulchri nescia sordidi  
Intaminatis fulget honoribus.*

Teste Lyrico, quæ postquam semel pectori fuerit incisa,  
stat, crescit, floret, vigetq; immobilis, & nunquam abit in  
hunc pereundi Fatalem gyrum. Quod sit tanta est, vti om-  
nino est, HONORATI HVIVS DOMICILII  
adeò constans Maiestas; Ita apud nos prudentes statuimus.  
Neminem etiam eloquentissimum in hoc Summæ virtutis  
dignitatiscq; Palatio plures laudum lineas ducere, aut ei, no-  
uos quospiam superinducere colores, quenquam tutâ fide  
posse, quàm quos ipsa VIRTVS in Te vno, non deli-  
neavit tantum, sed & genuinè expressit. Quod vt  
Tibi diuturnum fortunatumque sit, hæc ipsa  
Virtus, per hanc Pyramidem, S I B I E T  
T I B I insimul, eam felicitatem  
gratulatur.

VIRTVTEM HEROICAM  
STELLAE  
CORONANT

D 2

Huic






Huic  
 Soli, & Vni  
 QVÆ  
 ILLVSTRISSIMŪ  
 &  
 REVERENDISSIMVM  
 DNVM DNVM  
 MATTHIAM LVBIENSKI  
 EX CHELMENSI, POSNANI-  
 ENSI, CVIAVIENSI EPISCO-  
 PATV AD ARCHI-ANTISTITIVM  
 GNESNENSE  
 VEXIT ET EVEXIT.  
 QVOT VIRTVTES, TOT AD  
 HONORES GRADVS.  
 TOT THEATRA FELICITATIS.  
 HEROICAS HEROS HEROICÈ ADAMAVIT.  
 ATQ; TOT GEMMIS, QVOT INFVLIS DISTINXIT.  
 QVEM OPES FASTV NON INFLARVNT.  
 POTENTIA AMPLITVDINE NON LABEFACTAVIT.  
 HONOR, AVTHORITATE NON CORRVPIT.  
 TANTO ET TALI.  
 IN SACRIS POLONICIS SVMMO MYSTÆ & HEROI.  
 HVNC VIRTVS COLOSSVM  
 GLORIAE Applausum. AMORIS Tesseram.  
 Tanquam CLIENTI, FAVTORI, PATRONO suo.  
 CORONAM Lucentem ex stellis D. D. C.  
 Pietas id REVERENDISSIMI (sine qua nunquam in publicum processit)  
 promeruit, vtpote Qui communi omnium Virtutum Comitio  
 MAGNVS SANCTVSQVE INTER HOMINES  
 VIXIT.  
 Pulchritudine PROBITATIS, Magnitudine SAPIENTIÆ, Cursu VIGILANTIS  
 LABORIS, POTENTIÂ SACRAE & POLITICAE MAIESTATIS.  
 ÆTERNVM FELIX. ÆTERNVM BEATVS.

Sic sic quantum in eo creuit VIRTVTIS HONOS, Tantum & DIGNITA-  
 TIS DILATATVR PVLCHRITVDO. S. Aug. in Epist.

Sed  
 tutem er  
 fuit, qu  
 DEI R  
 quot sæcu  
 ad quæq;  
 fuerat inc  
 editus I  
 qui natal  
 imo plur  
 immemo  
 pia Tua  
 cat. Qua  
 publico a  
 nunc hab  
 STIR P  
 insignia.  
 LVBINSC  
 tre tuo  
 CENSI  
 store qu  
 duo Cor  
 quos duc  
 satiùs dis  
 vnquam  
 feram p  
 DVO  
 res à vol  
 terim L  
 ANTI  
 bus cala  
 contenti  
 NIS







Sed nec miramur quidquam eam Tibi Pyramidem, Vir-  
 tutem erexisse, quæ Te in eorum numero esse semper cen-  
 suit, quibus præter Auitam **ORTHODOXÆ FI-  
 DEI RELIGIONEM**, splendor Gentilis ab ali-  
 quot sæculis, non vanæ ostentationis irritamentum, sed  
 ad quæq; maximâ cū nominis æstimatione, ardentissimum  
 fuerat incitamentum. Ijs nimirum Maioribus es in lucem  
 editus **ILLVSTRISSE ARCHIPRÆSVL**,  
 qui natalitjs ornamentis, nihil vnquam detrimenti, quin  
 imo plurimum fecerunt accessions, vsq; adeo, vt vel ipsa  
 immemorabili antiquitate, in quoquam fuerit attrita Prosa-  
 pia Tua, sed vsu ipso prope diem clarior & clarior eluces-  
 cat. Quando plurimos Magnis varijsq; honoribus, bono  
 publico auctos, Curilibusq; sellis ac Trabeis insignes etiam  
 nunc habeat habueritq; semper Senatores. Verùm sint hæc  
**STIRPIS GENTISQ; TVÆ**, æquè noua ac Antiqua  
 insignia. Tu recens, quia nostra memoriâ, domus tuæ  
**LVBINSCIANÆ**, vna cū **REVERENDISSIMO** Fra-  
 tre tuo germano piæ Memorix **ANTISTITE PLO-  
 CENSI** estis duæ Illustrissimæ Gemmæ, Polluce & Ca-  
 store quouis longè vt meliora ita & fulgentiora sydera,  
 duo Coronamenta & solatia Patritæ Vestræ Familiæ, in  
 quos duos omnes suos contulit illa splendores, vel quod  
 satius dixerimus, vestros illa non cessat, sed nec cessabit  
 vnquam demirari meritorum radios, vt controuersum in-  
 seram posteritatem illud maneat; Plusne Vos **MAGNI  
 DVO PRÆSVLES** à Maioribus accepisse? An Maio-  
 res à vobis plus claritatis mutuassee dicendi sint? Atq; vt in-  
 terim Laudes **ILLVSTRISSE PLOCENSIS  
 ANTISTITIS**, sed & Maiorum Tuorum, cultiori-  
 bus calamis denarrandas relinquamus. Illo vnico hîc & nunc  
 contenti elogio, quod Vobis Duobus Magnis Veris **VTERI-  
 NIS, DOMVS GENTILITIAE VNIONIBVS,**  
 publica Fama hoc in Colosso con-  
 secrauit.

Natallum  
 splendor  
 optimis  
 quibusq;  
 maximum  
 ad virtutes  
 incitamen-  
 tum.

E

FAMI

689







**FAMILIÆ SPLENDOR  
A GENTILITIO STEMMATE.  
INTVERE  
ILLVSTRIS FAMILIA**

Auorum tuorum Ceras & Fastos.  
Volue & Reuolue

**INSIGNIA**

Gentis tuæ **LVBIENSCIANÆ** Nobilissima.  
IN DVOBVS.

**ARCHI-PRÆSVLE GNESNENSI MATTHIA, & STANISLAO  
PLOCENSI MAGNIS PRÆSVLIBVS.**

In his, præcipuos **MAIORES** Tuos venerare.

**LAMPADES** sunt isti, Tuæ **FAMILIÆ**. Reipub, **FVLCRA  
ECCLESIAE** columnina.

Auspiciato Cælis delapsa **MONILIA.**

**AD TE**

**ORNANDAM, LVSTRANDAM, ILLVSTRANDAM.  
PHARVS** Tua sunt, **OLYMPVS TVVS, ATLANTES** Tui.

Neu Pondus aut tenebras vllas metuas.

**SVSTINERE TE & ATTOLLERE  
ET VOLVERVNT, & POTVERVNT.**

**SVB NOBILIBVS FIGVRIS**

**MORVM & DIGNITATVM CLARITATE,  
OPVM MAGNIFICÂ OPVLENTIÂ:**

**RERVM GESTARVM STABILI GLORIA.**

Atque tam Excellenti Censu Naturæ & Fortunæ Diuites,  
In Curam Cælestis Nobilitatis sese dederunt.

**ILLVSTRES GENERE, ILLVSTRIORES HONORIBVS. SA-  
CERDOTIO ILLVSTRISSIMI.**

Hoc Gladius signat, radiat qui fronte **BONASI.**

Ingens Stemma suæ. Gloria, Honosque Domus.

Summa  
dignitas.  
Reueren-  
dissimi oēs  
omnium  
Maiorum  
suorū dig-  
nitates ex-  
superat.


**A** **TQVE** hâc commendatione **FAMILIÆ VE-  
STRÆ** quid Nobilius nisi quod infra Magnitu-  
dinem Tuarum aliarum virtutum, id totum est. Ar-  
cem veræ Nobilitatis Tu ipse, ex Te ipso extruxisti,  
quam & illustrissimis meritis, Cælo altiùs eduxisti: quan-  
do &



do & Regnum  
ad Veneratione  
adhuc tacendu  
cifa, membra,  
omnem Orator  
itatem liceret,  
dem, Tu solu  
de Tuis præcla  
rijs & varijs di  
ne administra  
è debito æterni  
lo, alienorum n  
æmula semper i  
de singulis virt  
que, & si nihil c  
Locuples sanè  
nostro ( qui n  
concinnandis e  
sunt Regno no  
res, quibus nih  
buit, quiq; or  
de bono publi  
alias censendi  
**SIGIS MVN**  
plenus dierum  
rarâ pietate, in  
annis, illustri  
tis) cæleste  
Maximus Polo  
**VLADISLAO**  
ab ipso primo,  
**NISSIMO**  
riosus peregris  
& præclare gel  
Maiestatem, fid  
currentem spec  
& tu laborum  
Ordo, Virtutum  
itaq; in aliam







do & Regnum in Tua LV BINS CIANâ DOMO  
 ad Venerationem in Genibus posuisti. Nequaquam igitur  
 adhuc tacendus nobis eris; in quem vnum, omnia sua in-  
 cisa, membra, sententias, vocem, verba, numerum &  
 omnem Oratorium apparatus nostra, si quomodo per tenu-  
 itatem liceret, conuertere vellet oratio. Materiam siqui-  
 dem, Tu solus nobis non dicendi tantum, sed & scribendi  
 de Tuis præclare gestis abundè subministras, quæ cum va-  
 rijs & varijs dignitatibus, quas omnium cum approbatio-  
 ne administraſti, à Te sint edita, quidni & à nobis vicissim  
 è debito æternitati consecrentur? Et ne cuiquam maleuo-  
 lo, alienorum morum Cenſori ( vt est Magnorum Virorum  
 æmula semper inuidia ) sine autoritate perſcripta, si non  
 de singulis virtutibus, meritisque Tuis, aut saltem de plerif-  
 que, & si nihil quoque, nisi fortè per crinem loqui videamur.  
 Locuples sanè Tibi est testimonium; absit à calamo tantum  
 nostro ( qui nunquam inanis & exsuccus tuis in Laudibus  
 concinnandis esse vellet ) quàm potius à tot Oculis, quot  
 sunt Regno nostro, oculatissimis; Duo præ cæteris Maio-  
 res, quibus nihil limpidiùs diuiniùsq; POLONIA ha-  
 buit, quique omnibus magis, omnia clariùs perspicere ac  
 de bono publico Patriæ prouidere, sed & prouidisse sæpè  
 alias censeſſi sunt. SERENISSIMVS in primis REX  
 SIGISMUNDVS III. qui ante duas Olympiades,  
 plenus dierum ( nisi quod Imperij ipsius diuturnitatem  
 rarâ pietate, infinitisque Victorijs malumus distinguere, quàm  
 annis, illustriores rati, Virtutis esse notas, quàm æta-  
 tis ) cæleste Prytanæum adiit: Hic inquam Magnorum  
 Maximus Poloniarum Monarcha, vna cū INVICTISSIMO  
 VLADISLAV IV. feliciter Moderno Rege nostro, cum re  
 ab ipso primo, priuatæ vitæ tuæ ( quam in Aula SERE-  
 NISSIMORVM REGNI PRINCIPVM glo-  
 riosus peregiſti ) curriculo, mirâ & morum Sanctitate,  
 & præclare gestorum pro Ecclesia, suamque Sacram Regiam  
 Maiestatem, fidei contentione, ad summam Gloriam per-  
 currentem spectarent, nequaquam diu sustinuerunt, vt  
 & tu laborum fructu careres, & Ecclesia, Senatoriusque  
 Ordo, Virtutum tuarum splendore destitueretur. Ex alia  
 itaque, in aliam Maiorem Dignitatem SERENISSI-  
 MORVM

Duo Maxi-  
 mi Reges  
 virtutū &  
 meritorū  
 Reueren-  
 tissimi  
 Munifici  
 Remune-  
 ratores.

690







MORVM REGVM Iustissima Benignitas Te, suum omniumq; Bonorum Delicium prouexit, vsq; adeo, vt post alia Virtutum præmia, Quatuor Infulis ac si Pyropis, indicibus tuæ Promeritæ Probitatis, & MAGNVS PRINCEPSQVE SENATOR, & omnium MAXIMVS PRÆSVL colluceres, in quorum singulis quamdiu, velut vigilantissimum Astrum in suâ custodia Illustris Pastor permansisti: ô quos non splendor in tibi subiectum populum eiacularis! Atq; in primis post Speciosam illam, ac simul Religiosam Administrationem CÆNOBII MIECHOVIENSIS, CHELMENSIS Sedes Religiosissimum te Gregis Domini EXCVBITOREM: POSNANIENSIS, funeribus tunc ob cælitus sibi, propter sæuientem pestem, immissa supplicia, PATREM ET PASTOREM CLEMENTISSIMUM; CUIAVIENSE item ANTISTITIVM, Zelosum cultus Diuini PROMOTOREM & PROPVGNATOREM est expertum. Iam verò PRIMARCHATVS ac PRINCIPATVS GNESNENSIS, cui tu, non ita pridem, ac si gēma pellucida obryzo es insertus auro, quid, nisi omnia felicia de tuo hoc Archiantistio, omnia fausta sibi & spondet & pollicetur. Ita Regnum vniuersum tuis istis Præsularibus virtutibus implesti, vt cum singuli Episcopatus frui te simul non possint, feceritq; Summa illa Æternaq; Maiestas, vt successione Vicariâ, tuâ hacce Bonitate, Prudentiâ Zeloque Religionis, quasi continuo ardore quàm plurimi fruantur. Qua in re Solis naturam & Lunæ, duos Principes Cælorum ocellos expressisse nobis videris, qui cum omnibus rebus creatis stando prodesse non possunt, profunt cuncta per circuitum lustrando &, obeundo. Lustrasti tu quoq; Nouam PATRIÆ SOL, qua latè patet Polonia Lechicum orbem ferè ab ipso Russiæ Oriente, ad vsq; Maioris Poloniæ Meridiem, imò vltra Pomesaniam progressus, Occidentales quoq; felicissimè es permensus Regiones, meritorum ac Virtutum tuarum luce, oculos ouium tibi à Deo conceditarum, amabili suo aspectu, salutariè inibi etiam exhilarasti, donec tandem in meditullio Regni defixus, vnde in omnes quasi ex quodam centro Solstitialiq; plagas

Quatuor Episcopatus cum dignitate à Reuerendissimo administrati, sunt indices virtutum eiusdem.

mus Solis ad instar non stando, sed per circuitum Regnum lustrando multis & præerat & proderat.



Tui perfecti & novos p GNESNE Zodiacus bare exactiss dentia, co vniuerso Re Maior hoc MAGNO fortunarum neq; tamen M uertisset, qu suâ, augurans dum IN AV SIME P inquam, apic sic transcen bus collectar naturæ Tua dem non ali plenissimis mē subuectu bar, HO M diem sese al hanc ARC SIS Linear Summâ Vigil mâ Constant nignitate su vel ideo PA tus. No

AM ARD





Tui perfectissimi istius Honoris splendores vicissim novos  
 & novos proijceres, in ARCHIEPISCOPATU  
 GNESNENSI confedisti. O quàm admirabilis fuit iste  
 Zodiacus: quem Tu Sacrosanctâ hâc luce formosus iu-  
 bare exactissimæ Pietatis, Amplissimâ æstimatione Pru-  
 dentia, continuo solliciti & Vigilantis laboris cursu,  
 vniuerso Regno spectabilis hætenus decurrere institisti.  
 Maior hoc ipso, sed & longè felicior CAROLO  
 MAGNO, qui postquam per pleraq; Europæ Regna  
 fortunarum Victoriarumq; suarum insignia circumtulisset,  
 neq; tamen Magnitudini animi sui satis fuisse factum ad-  
 uertisset, quasi inferiora esse illa omnia ornamenta, Virtute  
 suâ, augurans, anxius persæpe querebatur; SOL inquit, non-  
 dum IN AVGE. Attigisti TV ARCHI-REVERENDIS-  
 SIME PRÆSVL Vltimum punctum, Summum  
 inquam, apicem & si mauis, etiam Zenit Honoris Tui, quando  
 sic transcendisti omnem à Tuis Clarissimis Maiori-  
 bus collectam amplitudinem; Verbo dicam, Solem æter-  
 naturæ Tuæ Gloriæ IN AVGE constituisti. Et qui-  
 dem non alijs èo, nisi his quatuor Cælestium Gratiarum  
 plenissimis Infulis ac si flammantibus quadrigis Felicissi-  
 mè subuectus. It iuitq; semper veluti coruscum Solis lu-  
 bar, HONOR VIRTVSQVE TVA, prope  
 diem sese altiùs & altiùs attollens vsque ad Solstitialem  
 hanc ARCHIPRÆSVLATVS GNESNEN-  
 SIS Lineam; vbi Summi & Optimi Pastoris munia  
 Summâ Vigilantiâ pro Ecclesia excubando, Patriæ Sum-  
 mâ Constantiâ prouidendo, & deniq; inopes singulari Be-  
 nignitate subleuando, etiam nunc obire non cessas. Atq;  
 vel ideo PATRIS PATRIÆ nomen es promeri-  
 tus. Id deferimus, atq; cum hoc Obelisco,

Idem No-  
 uus Patriæ  
 & Ecclesiæ  
 Sol dici  
 potest.

Ex quo  
 summum  
 apicem di-  
 gnitatis ob  
 sua merita  
 in Regno  
 attingit.

Nomini TVO semper ILLVSTRI  
 consecramus.

AMATORI PATRIÆ  
 ARDENTIA SYMBOLA

F

ABSIT







**O** Dignum ardentibus hisce Symbolis atq; hoc Solari diademate  
 PRÆSVLEV M TVVM CAPVT ! in quo tot Infulæ  
 non

non minori cum  
 mentis æquabili  
 quæ Tibi præfe  
 tutibus, defun  
 cundum, post R  
 & semel omnes  
 plemento, tan  
 Et sanè non alit  
 tatis TVAE M  
 tro fulguraret,  
 ribus. Atq; hic  
 PRINCEPS,  
 positæ, aliqua  
 cenda sunt, q  
 rum lætitia ex  
 gio concepta, fu  
 esse prohibet,  
 Meritorum Tu  
 aperiamus. A  
 Quidquid tande  
 Gloriæ Tuæ F  
 rere molitur fa  
 Finem illa nun  
 Tua præ alijs r  
 nutritus, Pietas  
 venam, totiu  
 lem originem  
 vnica est, q  
 Cælestibus ad  
 possit. Et vero  
 mor Diuinus p  
 Nihil tamen es  
 quasi digito  
 HONORIS D  
 Quæ duo siue i  
 tunt, vt vel in  
 si recitarentur  
 garetur. An it  
 genij fabricata





non minori cum splendore, quàm cum summâ modestiâ & mentis æquabilitate constiterant: **CRUX** non nisi vnica, quæ Tibi præferreretur, coronandis omnibus Tuis virtutibus, defuisse videbatur. Addita hæc quoq; , vt secundum, post Reges, in Repub: esset Sceptrum; vtq; simul & semel omnes Tuæ reliquæ Dignitates, pro vltimo complemento, tanquam Oculus Fastigis illi imponerentur. Et sanè non aliter decuit, nisi vt Augusta Summæ Dignitatis **TVAE MAIESTAS**, tot oculis in hoc Amphitheatro fulguraret, quot in Fastigio virtutum fulgebat fulgoribus. Atq; hic vel iterato da veniam **ILLVSTRIS SIME PRINCEPS**, si Tuæ fronti, à natura ad modestiam compositæ, aliquantulum sumus onerosi; Omnino tamen dicenda sunt, quia sciri ea publicè interest. Publicâ nimirum lætitia ex Tuarum tot Tantarumq; virtutum Chora-

Virtutum  
 æ mi fons  
 & funda-  
 mentum,  
 rara erga  
 Deum Pie-  
 tas.

esse prohibet, donec ipsum alueum, vnde tam immensus Meritorum Tuorum fons profluxit, ex fide itidem publicâ aperiamus. At quis hoc ipsum pro dignitate explicet? Quidquid tandem commendationis in hoc quoq; indicando Gloriæ Tuæ Fonte, nostra in Te (tenuis fatemur) congerere molitur facundia, infra Te eam consistere, erit necesse. Finem illa nunquam inueniret, quia & modum excedit Tua præ alijs rara in Deum, in qua ab ipsis incunabalis es innutritus, Pietas (quam & inexhaustam genuinæ Religionis venam, totiusq; Dignitatis Tuæ consequentis Principalem originem audemus appellare) Hæc hæc sola, & vnica est, quæ Te Cælo ita affixit, vt ab eâ animus Cælestibus adhærescere assuetus, nisi ægrè auelli non possit. Et verò licet permulta sint indicia, quibus se Amor Diuinus prodere flammâq; exercere suas consuevit; Nihil tamen est, quod luculentiùs Sanctitatis puritatem, quasi digito ostendat, illamq; exornet, quàm ardens **HONORIS DIVINI** promouendi cultus ac studium. Quæ duo siue incitamenta, siue stimuli ad eò Tibi suppetunt, vt vel in illis percensendis, quæ Syllabus continet, si recitarentur, non minùs recitans, quam audiens fatigaretur. An ita sit non amplius verba, sub incude humani genij fabricata, sed æternæ veritatis axiomata ex ore Do-

Hæc vel  
 maximè e-  
 nituit in p-  
 mouendo  
 cultu diui-  
 no.







ctoris gentium afferre perplacet. PIETAS inquit ille;  
 AD OMNIA; nimirum, nihil Virtutis vsquam esse, quod  
 non sit in pietatis visceribus reconditum. Dixisset clariùs  
 APOSTOLVS; SINE VERA SOLIDAQVE PIETA-  
 TE, nec æquitas iusta, nec Sapiencia prudens, nec Forti-  
 tudinis robur firmum, nec æquabilis Temperantia, nec  
 deniq; ipsa vita hominis constare constitisseue vnquam cen-  
 senda est. Atqui talem Te esse & fuisse, PIVM IN-  
 QVAM, OMNES ILLI EPISCOPATVS, quos hacten-  
 us cum approbatione gessisti, non fecerunt, sed inuene-  
 runt. Dicam expressius Te Honoris Diuini propagandi  
 Zelum non cum Infulis recepisse, quàm potiùs, tanquam  
 pretioso quopiam Diademate, easdem feliciter coronasse.  
 Atq; ne ex vano profundere Tuam nostramq; fidẽ videamur;  
 Confirmat eam de Te æstimationem CAENOBIVM MIE-  
 CHOVIENSE ( quod & Dignitatis Tuæ primum fuit ty-  
 rociniũ ) vbi Pietatis tuæ splendor ( ob assumptum  
 statim ab ipsis initijs ingressus tui, ad adeo ILLVSTREM  
 PRAEPOSITVRAM, Religiosum habitum, vota q; Deo  
 nuncupata ) maximã Patrum illorum ædificatione, sed &  
 commodo non modico, solito clariùs eluxit. Quibus  
 Temet non Exactorem acerbum, sed PATREM CLE-  
 MENTISSIMVM, non minus institutionis disciplinã;  
 quàm innatæ Probitatis exemplo exhibuisti: Quare ne ab  
 ijs quoq; Patribus quoquo modo indonatus abeas, Memo-  
 res beneficiorum Tuorum, hanc Tibi Gratitudinis Co-  
 lumnã, lubentes nomine eorundem substruimus.

Dignitates  
 admini-  
 stratæ per  
 æ mû, piũ  
 eum non  
 fecerunt,  
 sed inue-  
 nerunt.

Primus  
 gradus ad  
 Honores,  
 Religiosa  
 admini-  
 stratio Cæ-  
 nobij Mie-  
 chouensis.



**INCLYTVS ORDO  
 MILITVM SEPVLCHRI CHRISTI  
 GENERALI OLIM SVO  
 MERITISSIMO.**

ASTA



**A S T  
 MAGNO  
 MAXIMOS**

**ILLVSTRI  
 MAT  
 Archi-Episcopus C**

**RELIG  
 NOTA MOI  
 OB MOI  
 Pluribus Annis R  
 DOCTRIN  
 Viuis expressam  
 Hisce Gradi**

Totum id quidquid  
 PIÈ, SAN  
 EGIT, PER  
 Atque pro

**PRÆTERQVA  
 Non v  
 V**

**V**ERVM ne  
 noribus f  
 tusq; est  
**POSNANIE**  
 gumenta, hic &  
 tè cuius Excelso  
 multo coniuñct  
 mus corpori. E  
 simili Pietate  
 Famæ, hæc Tua







**A S T A V I A T O R,  
MAGNOS MAGNA DECENT**

**MAXIMOS MAXIMA, SANCTAQVE MVNIA.**

Ad Summa quæque NATVS

**ILLVSTRISSIMVS & REVERENDISSIMVS**

**MATTHIAS LVBIENSKI.**

Archi-Episcopus GNESNENSIS, Regni Primas, Primusq; Princeps.

C V I

**RELIGIOSÆ VITÆ INTEGRITAS;**

**NOTA MODESTIA, PROBATA PRVDENTIA,**

**OB MONASTERIVM MIECHOVIENSE**

Pluribus Annis RELIGIOSÈ Administratum, Laureas suas submisit.

**DOCTRINAM & MORVM INTEGRITATEM**

Vivis expressam Typis, omnium oculis Spectabilem in se fecit.

Hiscè Gradibus, ad Quæuis Fastigia Honoris, ille ascendit

**NEC PLVRA QVÆRAS?**

Totum id quidquid erat Potestatis in illa Religiosâ Spartâ Ornandâ.

**PIÈ, SANCTÈ, FORTITER, PRVDENTER**

**EGIT, PEREGIT, AVXIT, DITAVIT, EXORNAVIT.**

Atque pro Hâc Tali & Tantâ Pietate, non aliud retulit

**HOSTIMENTVM;**

**PRÆTERQVAM RELIGIOSI HABITVS INDVMENTVM.**

Non umbras metuo, tristis recede Cupresse,

Vertice nam Summo me Rosa pulchra tegit.

**V**ERVM nec alium Te, etsi altioribus & altioribus Honoribus fuisses pro meritis exornatus, vidit expertusq; est **CHELMENSIS**, & non diu post & **POSNANIENSIS** Præfulatus, ex quo Pietatis Argumenta, hic & ibi, post Te reliquisti, luculentissima, utpotè cuius Excelso non minùs à Naturâ quàm à Gratiâ Animo, multò coniunctior semper fuit Sanctimonia, quàm ipse Animus corpori. Et sanè fuerint & alij Antecessores Tui vel simili Pietate conspicui; nequaquam tamen cuiuspiam Famæ, hæc Tua cum illis comparatio invidet, verùm velut

Præter Chelmensè Episcopatus Posnaniens. Basilicæ restauratio pietatem & mi de-prædicat.

G

inter







inter Astra minora, Sol Princeps luminis; ita Tua, inter aliorum Præsulares virtutes clariùs se, Tota diuino cultui dedicata, prodit Pietas. Verùm nè gràtis auribus Tuis **ILLVSTRIS SIM E DOMINE**, seruire videamur; loqueretur id, si posset loqui, Princeps Basilica Posnaniensis, quæ etiam nunc deprædicare hanc Tuam insolentem Pietatem, vniuersæ posteritati non cessat, quam ab igne, diu ante vastatam ac delolatam, restaurare gnaùiter imò Præsulariter institueras. Et nisi Te ad altiorem Episcopatum virtus euocasset, omnes & singulas, crudas illas sacrati Edificij cicatrices, hiantesq; Tectorum plagas, procul dubio, de plendè persanasses. **CVI AVIE NSIS** quoq; Infula de hâc ipsâ Tuâ erga Deum Diuosq; Religione, ô quantum gloriatur! Quoties enim hoc sacro Zelo accensus, potissimum in Pomezaniâ, Præsuleum Tuum pectus, in Victimam pro salute gregis, sacræ Tuæ curæ commissi, deuouebas? quando omnes aduersariorum Fidei conatus, templa ab iisdem prophanata recuperando, eludebas; iniurijs exagitados Catholicos ab eorum impetu strenuè defendebas, nutantes in Religione sedulus confirmabas; Verbo dicam vbiq; te, inuictum Heroem Lechicum, vbiq; Domitorem, Monstra illa Hæreseos, non clauâ Herculeâ, sed pedo Episcopali, Zeloq; Diuino armatus, reprimendo, præstabas. Verùm & in posterum generosus præstare non omittes. Nam quis Aduersariorum Fidei constantis tui animi & Gentilitij Stemmat is non perhorrescat, ad perniciem illorum districta, insignia? Ibit in illos Gladius hic tuus Natalitius, veluti olim Gedeonis in Madianitas, illorumq; populabitur cuneos, optatam Ecclesiæ salutem adducens. Nihil te siquidem, vllus lior morabitur, nihil humanus respectus sibi vendicabit, **ARCHI-PRÆS VLE O**, nimirum Heroico ausu; omnia molimina illorum sospes euertes, & Faustus superabis. Atq; vt idem Diuinus Zelus, in te maiora incrementa assumat, applausum illi dare non morabimur; quamuis hunc quoq; hæc Pyramis, muta licet sit, luculentè pro nobis elloquitur.

Cuius in  
& Pomela-  
niæ Episco-  
patus, zelû  
Reueren-  
dissimi ad-  
miratur.

**APPLAVSVS ZELO  
REVERENDISSIMI.**

Ecquid



Me  
Hoc  
Sacra  
Citò R  
Perg  
Triūpha. C  
Z

**V**ERV  
imm

654





Ecquid  
Miraris.

TVBAM  
Clangentem?  
& FACEM  
ARDENTEM?  
Absit

Dedaleâ sit hæc Tuba,  
Manu dolata ! Aut  
Apellis Fax depicta  
penicillo ?

ZELVS  
ATQVE FAMA VERI NVNCIA  
Vtrumq; id effigauit.

Hiscæ Præconibus cedit Genus, sed  
nec Fului Metallæ Congeries, Tantæ  
famulatur Gloriae.  
Nefas tribui Auro.

Vel Sanguini; Quod soli debetur ZELO, TANTI  
ARCHI-PRÆSVLIS.  
HVIVS VNIVS

Memoriâ seruat Hæc Moles, Colosseo Põdere spectabilis  
Hoc sonat pleno tuba sacra cornu. Hoc radiâs lychn<sup>o</sup>, Igne  
Sacrato indicat. vbi estis Pestes, Hæreses, Schismata vbi? Citò  
Citò Regni Penates linquite. POTÈS, POLLENS ANTISTES Hic.  
ORAS & ARAS splendoribus Nouis Replere.

Perge ô Citus, MAGNE MYSTA. Et sospes de Hostibus Fidei  
Triūpha. Coronâ victricæ Diuè cito recudite. victor Præsul ingreditur.  
ZELVS Illi TANTVM OMEN & NOMEN Peperit.

Cosmica sint alijs Titulorum signa Colossi;  
Ast mihi pro Meritis, FAX, TVBA, splendor erunt.

**V**ERVM enim verò vellemus hic plura etiam de Tuo  
immenso circa Orthodoxam Religionem propagandam  
studio





studio afferre, nisi plura dicere Moderatissima tui Animi  
 Modestia vetaret. Dabis nihilominus veniam veritati **ILLU-**  
**STRISSE PRINCEPS**, si necdum à celebrandâ tuâ  
 hac Pietate desistimus, ex quo Magnæ tuæ virtutes, plau-  
 sum non nostrarum tantum Gratiarum, sed totius sæculi  
 meruerunt. Ex quarum & illud vbertate profectum, ut  
 multis in locis bonorum Episcopaliū Capellas priuatas  
 de nouo ædificaueris, alibi ad integra templa, Monasteria  
 & Nosocomia exstruenda non modicos sumptus contuleris.  
 Ex quo tandem cum hac Principe Sacerdotalis Dignitatis  
 virtute processisti? Ut licet plurimis alijs abundes, qui-  
 bus te commendabiliorem Patriæ & Ecclesiæ redderes; cul-  
 tus attamen Gloriæ Diuinæ propagandæ ita Te totum pos-  
 sedit, ut palmam facemq; præripuisse alijs omnibus videa-  
 tur. Igitur cum in te alia & aliâ Cælitus tibi concessa mu-  
 nera vltro recognoscimus, nimirum solertem Prudentiam,  
 tranquillam in Summis quibusvis honoribus gubernatio-  
 nem, Morum Raram Lenitatem, quâ graue Maiestatis cum  
 Affabili Humanitatis miscuisti, ut **MAIESTATEM** non  
 minueret **AFFABILITAS**, **HVMANITATEM** non im-  
 pediret **MAIESTAS**, sicut nec **PRVDENTIÆ** esset  
 impedimento **MODESTIA**. Silemus reliquas in Te copu-  
 latus Virtutes, Inuictam Fidem, Temperantiam totâ vitâ In-  
 temeratam, Tolerantiam in exantlandis pro Ecclesia labo-  
 ribus ferè Taurinam, & deniq; Summam Æquitatis admini-  
 stram Iustitiam, quæ postquam Cælo nata lapsaque, pectus  
 Tuam complexa fuisset, nec **STEMMA TVVM GEN-**  
**TILITIVM** exhorruit, sed suum ei gladium capiti Bison-  
 tis immersum, non inuita affixit, nulloq; in alio ambitiosius,  
 quàm in Tuo hoc natalitio Schemate dignum Maiestate  
 suâ, collocavit infigne. Harum inquam sed & plurimarum  
 aliarum Episcopaliū virtutum Comitatum, cum Tibi in-  
 esse lubentes confitemur, vegetum nihilominus, in adeo  
 decrepitâ ætate Animum, utpotè qui nunquam consenescit  
 segnibus consilijs, tamq; recentem circa res pro honore Dei  
 Dei augendo & agendo vigorem, vel maxime Tibi gratula-  
 mur, lætamurq; in immensum, qui solus Diuinarum ha-  
 rum flammaram, quas hausisti, feruor, albis, ut aiunt equis,  
 sic Te currentem, versus cælum trahere & perducere  
 fit

Reliqua  
 præclare &  
 pie gesta in  
 Episcopatu  
 Cuiuiceni  
 recenten-  
 tur.

Tolerantia  
 Reueren-  
 dissimi in  
 superandis  
 laboribus  
 pro gloria  
 diuina.

Hanciplam  
 animi inui-  
 ctam forti-  
 tudinē Gē-  
 nitiū stē-  
 ma probe  
 exprimere

fit sufficiens  
 tum, quibus  
 mam specio-  
 simul Tibi,

S



695



fit sufficiens. Quidni igitur & reliquarum omnium virtu-  
tum, quibus clares, Vniuersus itidem Senatus, pulcherri-  
mam speciosissimæ Tuæ integritatis exhibens pompam, in-  
simul Tibi, siue concentum reddat, siue etiam offerat hoc

### SERTVM APOLLINARE.

**H**VC ò sydereis este Curulibus,  
Stipata Roseis agminibus DE Æ!  
Huc torquete volantes  
Quadrigas super athera.  
Et qua Mygdonio prædita Marmore  
Ostentas validi Symbola roboris;  
Et qua fluctisonante  
Mordax anchora Nereo  
Affigis fragiles terrigenum rates,  
Insultasq; minis Æolijs minax.  
DIVA cumq; Sacratâ  
Neruo qua radiat Sacro,  
Et jactat geminam tela per orbitam  
Æquè in terricolas & superospotens.  
Huc huc DIVE CVPIDO  
Casti caste puer thori:  
Et tu RELIGIO. nata polo aduoles,  
Qua lectas tenui gente Colonias  
Transcribis supera adi,  
Vrgens symbola GLORIÆ.  
Quin & qua Sapiens lora potentia  
Tractas, ambrosijs ipsa nitens comis,  
Adsit, plena corollis,  
Nec non nectare Olympico.  
Et quam jura colunt, spargere lucidos  
Gressus acceleres, Ense micans Sacro,  
Et Librâ radianti  
Deuotis trabeis rubens.  
Et qua dura regis prælia pectoris,  
Aduersas animo discutiens minas,  
Huc huc floris odores,  
Adfer,sertaq; candida.  
Ac tecum pariter Sophrosyne aurea  
Ostrinis rutilans suauior herbulis  
Adsit, diuite Cornu  
Fundens munificas opes.  
Hic omnes Charites purpureas Rosas  
Et CHLORIS Prasinum sparge citò decus,

H

Vita-

695



INSTYTUT BADAŃ  
NAD FILOLOGIĄ I LITERATURĄ



*Vittatum quoq; cultum,  
 Gemmatis torulis nitens;  
 Huc dilecta cohors cincta sororibus,  
 Virtutum niueis emeritos date  
 Sæcro vertici honores*  
**DIVÆ, PRÆSVLIS** *Inclyti,*  
*Et mox cum violis spontè rubentibus,*  
*Cinxit mitra Comas, Aureus Annulus*  
*Dextram, Gemmâ sinistram;*  
*Collo spontè decus venit.*  
*Arrière DEÆ, personuit simul*  
*Calum, Tu pariter suscipe PONTIFEX*  
*Sanctam crine Tiaram,*  
*Sanctum pollice Circulum.*  
*Te Te purpureum Purpura PRÆSVLEM!*  
*Nec non Vitta decet candida, Candidum*  
*Mystam, dignus Olympicâ*  
*Es Tu PRÆSVL adorea.*  
*Hac Virtus meruit premia, Proluat*  
*Mitis Te populorum aura fauoribus,*  
*Nec non Fama benigna,*  
*Facundo recreet sinu.*

Accessus  
 ad secun-  
 dam par-  
 tem Pane-  
 gprici de  
 pia Munifi-  
 centia Re-  
 uerendissi-  
 mi erga B.  
 Virginem.

**N**ISI postquam has Tuas ad miraculum stupendas Vir-  
 tutes, ipsæ Deæ, Vniuersalis Probitatis Præfides, pro  
 debito officij sui recensuissent; vnicum insuper omnibus  
 Elogijs hætenus relatis, & quidem Religiosi conatus su-  
 premum argumentum, quasi pro vltimâ coronide, esset  
 Magnificentius enarrandum. Ast Eloquine illud? An filere  
 debeamus: Anceps animus fluctuat. Fors copiosius sen-  
 tiendo, de Tuâ in **DIVAM** nostram **CZESTOCHO-**  
**V I E N S E M**, Diuinâ itidem Munificentia, quàm lo-  
 quendo, gratias Tibi quas maximas debemus, vberiores  
 redderemus. Leuioribus certè munusculis certare privato-  
 rum est, in quibus Tu minimè censeris. Munificos verò in-  
 ter se esse, propriè ad Magnates spectat, quales nos **R E-**  
**L I G I O S Æ P A V P E R T A T I S** cultores non sumus.  
 Hinc difficultatibus nouis premi nos sentimus, tunc maiori-  
 bus, cum ea aggrediamur, quæ propriè, non minùs ad Te  
 Mæcenatem nostrum, quàm ad nos Clientes Tuos è diame-  
 tro spectant. Ergo quid hic primum, tam Maiestate Tuâ,  
 quàm nostro debito in medium adducamus? Aut quo No-  
 mine

mine Sacram h  
 filicam, quam  
 cem studij, non  
 stare iussisti me  
 hoc Sacrarium  
 næ Musæ adeo  
 iusto præconio  
 tæq; citius illæ  
 aliquando desit  
 pus, obsecratio  
 Ast parietes eq  
 tis Honori, dica  
 que Tuâ, hæc æ  
 dicabunt. Præ  
 terquam, quod  
 æternitates tu  
 spectatores. A  
**S I L I C A**; o  
 cundæ ingera  
 auget admirat  
 natos Næuos,  
 commune id  
 ob ingenitum  
 ta, tardius atta  
 mus ædificia.  
 vegetus, nec  
 inardescens ig  
 mentum solid  
 affabrè in altu  
**N E S T O R**  
 luiti Artificu  
 festinationem  
 promptus & h  
 sollicitudine,  
 catio, quasi  
 nus pretij qu  
 exsuscitata,  
 sum ex asse po  
 summatum op





mine Sacram hanc Ædem, imò Archi-Præfuleam istam Ba-  
 filicam, quam propensi Tui in Diuinissimam Dei Genitri-  
 cem studij, non tantum genuinum symbolum, sed æternum  
 stare iussisti monumentum, quò, inquam, nomine Augustum  
 hoc Sacrarium appellabimus, Erunt nè nostræ Claromonta-  
 næ Musæ adeo ingrata, vt tuum tantum Beneficium sine  
 iusto præconio immune dimittant? Prorsus elingues mu-  
 tæq; citiùs illæ euadent, quam ab enarrandis Tuis laudibus  
 aliquando desistant. Et esto fileremus nos quoque ad tem-  
 pus, obsecrationibus pro Tuâ incolumitate interea intentis;  
 Ast parietes equidem ipsi, saxa ipsa ex quibus Diuæ Paren-  
 tis Honori, dicatæ constiterunt substructiones, Eximiã rarã-  
 que Tuã, hâc ætate, deuotionem, vniuersæ posteritati de præ-  
 dicabunt. Prædicat<sup>io</sup>nis & nos pro nostrâ tenuitate, præ-  
 terquam, quod sine hoc apparatu, tot habebis in perpetuas  
 æternitates tuæ istius Munificentæ Oratores, quot &  
 spectatores. Atq; cum multæ in describendâ H A C B A-  
 S I L I C A; quasi agmine facto, menti sese illæq; iucun-  
 cundæ ingerant species; Illud præ cæteris vel maximè  
 auget admirationem. Quod inter plerosq; Gentî nostræ in-  
 natos Næuos, hunc quoq; prætergressus morem (quamuis  
 commune id fere omnium Septentrionalium est vitium,  
 ob ingenitum genio frigus) qui sæpe tempestiuè inchoa-  
 ta, tardiùs attamen, tam sua, quam Diuorum perficere sole-  
 mus ædificia, tu nihilominus in Summâ hac ætate tuâ  
 vegetus, nec ætate perdens vigorem, Diuino nimirum  
 inardescens igne, necdum triennio exacto, & Funda-  
 mentum solidum deposuisti, & culmen statim promotis  
 affabrè in altum parietibus Magnifice perfecisti. Ita T V  
 N E S T O R S A R M A T I C V S diurnos esse no-  
 luisti Artificum labores, sed nec longos cursus annorum, in  
 festinationem, Sacræ istius ædis vocasti, quin potius,  
 promptus & hilaris iussisti, vt vrgente tuâ hâc Prudenti  
 sollicitudine, per Votum Deo aurum, rota hæc Sacra ædifi-  
 catio, quasi irriguâ, (vnde & plurimum habet non mi-  
 nus pretij quàm dignitatis) sumptuum subministratione  
 exsuscitata, tandem & feliciter condita staret. Quod ip-  
 sum ex asse politum, & ex lege, quam tibi indixisti con-  
 summatum opus, iam iam celebritate pariter ac Pietate

Studium  
& deuotio  
eiusdem  
erga Diuã  
Claromon-  
tanam.

Munificen-  
tæ Reue-  
rendissimi  
in Claro-  
monte, tot  
oratores, q  
spectato-  
res.

Feruor &  
vigilantia  
eiusdem in  
hâc ipsâ  
Basilicâ  
solide &  
celeriter  
construen-  
da.

696





gestientes, grato totius Regni spectaculo, non spectamus tantum, sed etiam incolimus salubriter frequentes. O diem Orbi Lechico salutarem! nec amplius Folijs Sybillæ, sed politissimis quibusq; tabulis Cedrinis, nunquam, perituro stylo, incidendum: quò concessum, non nobis solis, quot quot non ignavi Custodes Sacri huius thesauri; **C L A R V M M O N T E M** inhabitamus, sed Regno Vniuerso, idq; post illas antiquas Sacelli angustias, tantam huius ipsius Palatij intueri amplitudinem. Certè mirari hæcenus medullitùs non destitimus, insolens quoddam, ac se se vix capiens, Magni illius in pietate & armis, apud Regium Poetam, Principis desiderium, quando diu expetitæ, atq; æterno Æterni Fati decreto, sibi destinatæ Urbis, felicia intuitus auspicia, in eam, præ nimiam, quæ anhelus adurebatur lætitiâ, humanâ maiorem prorupit vocem.

--- . . . . . mea mœnia vidi;  
O fortunati, quorum iam mœnia surgunt!

Dicere & nobis **R E V E R E N D I S S I M E A R C H I A N T I S T E S**, vel simili, correptis gaudio, quò plenum exundat pectus, interea, sed impunè liceat,

*Et si quid longè distentis tempore neruis  
Musa valet.*

Liceat, inquam, è veritate, Spiritu magis **M A R I A N O**, quàm Maroniano ( qui rapta vatumingenia cælo miscet) in subsidium euocato, exclamare,

--- --- **M A G N Æ G E N I T R I C I S** mania cerno,  
Mania stellimica Matris, Dominaq; Tonantis,  
Quam Mare, quamq; stupet tellus, stupet æther & ipsi  
Syderei Proceres aula Omnipotentis Olympi.  
Horam felicem! felicia sydera! Lucem  
O faustam! quando ritu renouata recenti  
Ista Domus, Ladè fusas consurgit in ades,  
Fit Thalamus Magnæ Sponsæ, quæ digna reperta est  
Gignere sola Deum atq; hominem.  
Hunc Thalamum redimire placet-Templumq; vicissim,  
Signatas tabulas viridi pratexere ramo  
Euge iuuat, Litui resonent clangore tubarum

Eadem Ba-  
glica & Do-  
mus &  
Thalamus  
Virginis.

Interes



*Interea, Festumq; canant. Sonet omnis & aether,  
 Mugiat atq; solum, feruescant compita flammis;  
 Festa coronato splendescant limine feta,  
 Votiuq; faces, vestes tendantur in auro  
 Picta, & sacratis cumulate altaribus ignes,  
 Inq; aram violas certatim fundite conchis,  
 Ornentur postes, & grandi Ianua Lauro.  
 Aedibus in medijs Geniale Altare locetur,  
 Ara thronus fiat, nitido quam dente politam  
 Tincta tegat roseo conchilis purpura succo.  
 Hoc SOLIO, aeternum, VIRGO secura quiescat,  
 VIRGO Palaestinas inter celeberrima Nymphas.  
 Fingite, quam hic, oculis, totam exultatis adesse;  
 Menisi fallit amor, nostrâ sub Imagine Diua est;  
 Mortales qua sola beat, forma aurea frontis.  
 O fortunati lapides? Felicia templi  
 Marmora, Calicolum radiantia limina DIVÆ!  
 Hæc Simulachra recens hæc, Virginis, ade recepta;  
 Hoc omnes Fanum stabili pietate salutant,  
 Hinc Leuitarum, Venerabilis ordo, canentum  
 Nobilium tonat inde chorus, dant carmina cuncti,  
 Ciuica gens, pueri, iuuenesq;, Viriq; senesq;  
 Matroneq;, pium vulgus, castaq; puellæ  
 Porticibus longis fusa, cum Plebe Senatus  
 Stat, DIVAM precibus votisq; fatigant,  
 Dulce Ministerium, Sacram miscntq; per aulam.  
 Qualis apes astate nouâ per florea rura  
 Exercet sub sole labor, quum gentis adulta  
 Educunt factus, aut quum liquentia mella  
 Stipant, & dulci distendunt nectare cellas,  
 Tale opus hic feruet, quoties hæc Tecta reuisunt,  
 Tecta pijs donis opulenta & Numine Diua,  
 Ardentes instant cuncti.  
 Luce calent ara, Templum gemituq; sororo  
 Perstrepit, & lachrymis imo de pectore fusis;  
 Thura Sabæa cremant, fragrantibus atria ceris  
 Illustrant, pateris, & odoro balsama fumo  
 Infundunt hilares, ferrisq; recentibus ornant.  
 O quantum accreuit CLARO reuerentia MONTI!  
 Exultatq; habitante Deâ, potiora sacellis  
 Omnibus in Regno, Virgo hæc oracula fundit,  
 Atq; suas ad signa iubet reuirescere voces;  
 Non alium decuit potiozem Virginis hocce  
 Esse Larem; Nulloq; magis se colle potestas  
 Aestimat, & summi sentit fastigia iuris;  
 Attollens apicem diffusis Regia signis*

Lætitiæ est  
 munis to-  
 tius Regni,  
 ob eandem  
 communi  
 commodo  
 extractâ.

Pietas pe-  
 regrinan-  
 tium & De-  
 uotio erga  
 Diuam cla-  
 romonta-  
 nam.

Nouus  
 splendor  
 Clari mon-  
 tis, ob nouâ  
 Basilicam.

Omnium i-  
 maginum  
 Miraculo-  
 sarum, Ma-  
 trix Imago  
 Czesstoch-  
 uensis.

Tot







Donaria ex voto Virgini affixa, ut pretio, ita & numero infinita.

Tot circum miranda videt, tantisq; malorum  
 Cingitur exuvijs; Iuuat inter tecta *MARIÆ*,  
 Cernere pendentes Gladios, nitidasq; Sarissas,  
 Spicula cum Scutis, medijsq; volantia signa  
 Nubibus, & densum stipantibus aethera votis,  
 Adstant incensi Lychni Laquearibus aurëis,  
 Et noctem placidis flammis funalia vincunt;  
 Splendor ubiq; micat, paries immanibus ardet  
 Deviãta Mortis spolijs. Gemit Ara sub auro,  
 Et sub Erythraeis fulgens tremit ara lapillis.  
 Sed nec *VIRGINIS* ò *FACIES* immunis ab auro!  
 Aurea ferta caput cingunt, viridesq; Smaragdi,  
 Ipsius atq; Monilia gemmea pectus adornant;  
 Tota est *VIRGO* aurum, Aurea totaq; splendet *IMAGO*  
*VAH* donis compressa suis! ingentia Diue  
 Munera quis dignè enumeret? quæ Virgo Beata,  
 De collo suspensa gerit, pariesq; vicissim  
 Atq; quibus tellure tenus fulgescit, ad ipsum  
 Culmen; mens stupet, ac acies stupet igne metalli.  
 Et circumfuso, trepidans obtunditur auro.  
 Talis tamq; Potens *VIRGO HÆC*, cui Regia surgit,  
 Par domus & Domina. Pietas Tua, digna *MARIA*,  
 Prasuleoq; simul sunt digna Palatia sumptu;  
 Astra Polung; Tuâ, capisti mente *DYNASTA*,  
 ET *MAGNE ANTISTES*. *VIRGO* pro manibus istis  
 Ipsa Tibi soluat grates. Maiora referre  
 Nec potis est tanto pro munere, Munera? quam si  
 Incolat aeternum has ades; Quod iam facit; Euge  
 O *VIRGO!* ò *MATER!* quæ *CLARO-MONTE* conuscat,  
 O Salve Regina poli; Cælestis Imago  
 Salve, Lechiadum Lampas? Pharus aurea Salve,  
 En te submissi ad terram veneramur, & Ara,  
 Et tibi, supplicibus desigimus oscula labris.  
 I pete carpe viam, Tibi namq; hæc Mania surgunt,  
 Spemq; fouent; Quisquis pius, hæc Tua tecta reuifet,  
 Græus, Ansonius, Silesus, Teuto, Morauius,  
 Pannonius, Sclauus, Lithauus, fortisq; Polonus,  
 Et quisquis viuunt Solis sub utroq; cubili,  
 Numinis auxilio, atq; Tuâ prece sospes abibit:

Basilica hæc, digna & Virgine, & munificentia Archiprasulis.

Votû, nomine omnium fusu ab Authore Panegyrici.

TANTVS FRVCTVS ERIT, TEMPLVM HOC  
 STRVXISSE *MARIÆ*.

**V**ERVM nec Tuam **ILLVSTRIS**SIME **ARCHIPRÆSVL**, erga Archi-Virginem istam, hæc ipsa Basilica **LVBIEWSKIANSIENSIS** Munificentia perpetuum



petuum futurum. Qui & apud omnes, ipsam Virginem tantum miraculo **CLARO-MONTE** quosq; quos uersalis es futurum. Nam postquam instinctu, Puerum infimul qualem de vel ideo, strum, valentium Archi-Virginis apertantillum, hactenus jmq; quas de ore enim peruenisse voluisti centia, ut d quoq; Pietas **SIMAM** bus immun ginem eijci latariq; in i populorum structurâ, **REGINÆ** quoq; affectu fusionem. **CHIANSIENSIS** Prudente Priuatas et per hoc la morituro tissimo quaturæ glori tillo) ben





petuum futura monumentum, in obscuro esse sinet Pieta-  
tem. Qui & ipse, optimo, in seram posteritatem, exemplo,  
apud omnes, quotquot & numero & idiomate varji, hanc  
ipsam Virginis ædem supplices inuiserint Peregrini, non  
tantum miraculosæ istius Imaginis, sed totius huius de  
**CLARO-MONTE** Conuentus, inter Clarissimos  
quosq; quos siue anterior tulit, siue posterior feret ætas, uni-  
uersalis es futurus Patronus. Et iure id quidem meritò;  
Nam postquam Cælestem hanc Flammam hausisti, cuius  
instinctu, Publicum hoc Deuotionis Domicilium erexisti,  
in simul quasi Signum quodpiam in Nationibus leuasti, vn-  
de vel ideo, quisquis Te, ob hoc **MARIANVM** Ca-  
strum, valentissimorum Miraculorum plenissimum, non so-  
lum Archi-Præsulem, sed & Archi-Vexilliferum eiusdem  
Virginis appellauerit, ne ille nobis à veritate aberrasse, vel  
tantillum, dicendus. Quod si permittis altiùs in Tuarum,  
hactenus impensarum opum, ire laudes; Accipe vel has;  
quas de ore nostro, Religiosa Suada, extorquet voces. Eò  
enim peruenimus, vt nefas sit tacere, quod Tu publicum  
esse voluisti. Effecisti nimirum Tuâ hac Principali Munifi-  
centiâ, vt dilatatis, Sacrà hâc in mole, accessibus, speciosior  
quoq; Pietas & magis ampla Devotio, erga **AMPLIS-  
SIMAM** hanc (hoc enim nomine communiter à Spiriti-  
bus immundis, quoties è corporibus humanis ad hanc Ima-  
ginem eijciuntur, appellatur) Patronam, augeri pariter di-  
latariq; in immensum incipiat. Atq; hoc tandem est, Tot  
populorum pectoribus esse pium, quot Augustâ hâc Tuâ  
structurâ, ad noua vota, pando sinu, Augustissimæ huic  
**REGINÆ** fundenda, non incitasti tantum, sed vberiore  
quoq; affectu, ad feruentiorem desideriorum impulisti pro-  
fusionem. Ita Tu **REVERENDISSIME** **AR-  
CHI-ANTISTES**, quâ polles & ab ætate & à Digni-  
tate Prudentiâ, probè illud noueras; Principis virtutes  
Priuatas esse non debere, verbo dicimus, vitæ momentum  
per hoc laudabiliter consecratum opus, nunquam inter-  
motituro redemisti opere, vt vix à Sapientissimo & diser-  
tissimo quoquam dici possit, quàm speciosum sit, ad æterna-  
turæ gloriæ vsum, tanto compendio (pretio, inquam, tan-  
tillo) benè in hoc Nobilissimum Sacrarium elocato, **Ar-  
chi-**

Vno hoc-  
ce opere  
& mus op-  
timè est  
meritus de  
Regnovni-  
uerlo

Vniuseu-  
iusq; Prin-  
cipis virtu-  
tes priuatas  
esse non  
debere.





Vasiorum  
fontium na-  
tura Libe-  
ralitati ac  
commoda-  
tur.

Illis per  
omnia si-  
milis Mu-  
nificenti-  
æ mi.

chi-Episcopalibus Tuis opibus peruenisse ! Atque hîc, absie-  
tione à nobis, vt **ILLVSTRISSIMÆ CELSITVDI-  
NI TVÆ** aliquid affingamus, quô luxurians ( si ita  
fas est loqui ) Tua ista pietas, incredibili quopiam argu-  
mento commendetur : Legimus alicubi Fontes quosdam  
aureis arenis defluere ; At obicem, accedentibus, avaritia  
opposuit. Alios ad miraculum stupendis, nimirum partim  
calidis, partim sulphureis, partim acidis, dulcibusq;, & ne-  
scio quos colores, sapes & odores præ se ferentibus, sca-  
turire vndis, nisi quod ad strepitum pedum ( si Plinio fi-  
des ) veluti exterritas protinùs fugere accepimus. Constat  
præterea plerasq; aquas medicis ebullire fluctibus ; Verùm  
quia magno pretio aditus emitur, exsuggendis magis Mar-  
supijs, quàm persanandis morbis, sæpe vtiliores efficiuntur.  
Verum, Tuæ, inexhaustus Fons, Munificentia, constans  
vbiq;, omnibus scaturit ; vnde & prædictorum ad miraculum  
profusorum Fontium Symbolo, probè atq; è veritate expri-  
mi poterit. Tuæ, nimirum omnia ista depingendæ subser-  
uiunt Liberalitati, quæ post alia, ad Honorem Dei, qua re-  
parata, quâ de nouo exstructa Sacra Domicilia, tandem  
in huius **CLAROMONTANI** Sacrarij sinum, per  
aliquot annorum curricula, ac si imber aureus, desudauit in-  
dustria. Ita Tu perennis Fons, Templo **VIRGINALI**,  
per Tuos istos rite expensas Thesuros, non irrigando  
tantum, sed erigendo, es satis, superq; gloriosè effectus.  
Quæ sanè virtus, tanto in Te Summo, in Polonia, Sacerdote  
commendabilior, quanto profusiores fontes ipsius, pluri-  
bus & patuerunt semper, & post indubitatè patebunt  
plurimis. Persarum olim Regibus, limpidissimos Regiosq;  
fuisse puteos, prodit Athenæus, è quibus nulli hominum,  
præterquam Regi eiusq; Primogenito, fas licuisset aquam  
bibere ; ac proinde ad custodiam illorum & Sigillum Re-  
gium adhibitum fuerat ; Nequaquam Tuæ Pietatis pro-  
fluentiam, quâ exundas, effigiatum aliquod Aposphragis-  
ma, quin vbertim hauriatur, remoratur : Omnibus est re-  
clusa, quia & perenni ( torrentis inexhausti adinstar, ) atq; in-  
credibili celeritate in omnes promanat. At, inquiet quis-  
piam, malè feriatu capitis Momus : Quænam istæ tam ex-  
aggeratæ diuitiæ : qui tales inexhausti sumptus, vsq; adeo  
à vo-

à vobis decantat  
pretiosi est fuit q  
timus, nec dice  
CHI-PRÆS  
tiam. Et sanè, n  
quam fuisset ero  
lustris Basilica  
MONTAN  
ipsis fundamen  
RAM, LV  
Monumentum.  
tium comparatu  
mus à varijs gen  
ius Monarchæ,  
tum clauibus o  
ptuosissimæ qu  
Moles, cælo qu  
quearia auro lic  
procul remota  
CTISSIM  
hæc, omnibus  
est clarior, ita  
& oculis totiu  
gentium plaus  
reddetur illust  
Te, MVNI  
SVL, anxiam  
Maiestatis & c  
bitq; opus. Q  
bitamus, edo  
Matris, venera  
insederat Tu  
re sustinet, q  
Pietas excedit  
ctionis cancel  
starum, conti  
numenta ( c  
quæ intra ho  
manus ille T





à vobis decantati: Vt præ illis, quidquid vsquam in orbe  
 pretiosi est fuitq; vltroque vilescat: Vltro dicimus, quod sen-  
 timus, nec dicere erubescimus; atq; iterum & iterum AR-  
 CHI-PRÆSVLIS nostri, prædicabimus munificen-  
 tiam. Et sanè, nō alia vlla, aut maior, aut celebrior in quen-  
 quam fuisset erogata, & profusa Liberalitas. Sola hæc Il-  
 lustris Basilica, quæ & hæreditaria CLARO-  
 MONTANÆ DIVÆ, est Aula, ita splendide ab  
 ipsis fundamentis educta, æternum erga DIVI-PA-  
 RAM, LVBIENSICIANÆ Profusionis stabit  
 Monumentum. Quid enim est, ad hoc Nobilissimum Pala-  
 tium comparatum (hoc præsertim in loco, qui frequentissi-  
 mus à varijs gentibus colitur) vel copiosissimum, nescio cu-  
 ius Monarchæ, in vnum cumulum congestum atq; sub cen-  
 tum clauibus oclusum argentum: aut etiam ædes sum-  
 ptuosissimæ quæuis, sed priuatæ: Quin & Regiæ quæuis  
 Moles, cœloque ad insaniam certantia culmina: Quid la-  
 quearia auro licet grauida, nisi quod & hæc ab vsu publico  
 procul remota: Nobis certè, sed & VIRGINI SAN-  
 CTISSIMÆ, in Cælo corporaliter regnanti, Basilica  
 hæc, omnibus quibuscunq; sumptuosissimis orbis Palatijs, vt  
 est clarior, ita & sanctitate Miraculorum, quæ in auribus  
 & oculis totius Europæ geruntur, atq; maximo variarum  
 gentium plausu, sed nec minori fructu celebrantur, in dies  
 reddetur illustrior. Habere itaq; Sera quæuis posteritas, de  
 Te, MVNIFICENTISSIME ARCHI-PRÆ-  
 SVL, anxiam memoriam non poterit, quoties plenum hoc  
 Maiestatis & diuitiarum piè expensarum, cogitabit specta-  
 bitq; opus. Quam salutarem industriam, ipsa Te, non du-  
 bitamus, edocuit, quæ & enutriuit in sinu, huius ipsius  
 Matris, veneratio. Hem quantum illa quamq; ingens cordi  
 infederat Tuo: Prorsus æstimationem illius nemo concipe-  
 re sustinet, quia & comparisonem erga Virginem hancce,  
 Pietas excedit Tua. Itaq; intra exilem tornatæ cuiusuis di-  
 ctionis cancellos, Magnitudo rerum, per Te Religiosè ge-  
 starum, contineri non potest. Cùm vix iusta annalium mo-  
 numenta (qualia de statu Reipubl: Nostræ, maximè,  
 quæ intra hoc sæculum, & paulò altiùs gerebantur; ger-  
 manus ille Tuus Frater, idemq; Stylo & consilio Magnus  
 K Sena-

Vel hæc  
 sola Basili-  
 ca Lubien-  
 siana Mun-  
 ificentia  
 æternum  
 stabit mo-  
 numerū.



Materia li-  
beralitat  
Reuerēdi-  
fimi, nō de  
linguā, sed  
de operi-  
bus de-  
prompta.

Senator, REVERENDISSIMVS, inquam, PLOCENSIS  
Episcopus conscripsisse, imo & prælo, extra Alpes impri-  
menda, vt publici Iuris essent, dedisse, viuis adhuc  
dicebatur) talia videlicet, rerum pondere & mole  
prægrandia volumina Munificentix, super omnia, Tuæ  
describendæ, vix suffecissent. Materia siquidem illius  
non ab ingenio, nec de linguâ, vt communiter dicitur,  
sed de fortunis, opulentiq; Tuo Gasophylacio fuit de-  
prompta. Vnde & nobis, citius vitam quis, quàm me-  
moriam, tanti beneficij eripiet, cum totiès, celebratæ  
Tuæ istius, in DIVAM CZESTOCHOVIENSEM  
Liberalitatis vestigia, non sint in hoc Sacrario leuitèr,  
& ad exigui temporis Gloriam impressa, sed perenni-  
tèr, ad Tui Nominis perduratiōem, fixa sempiternam.  
Verbo accipe, quæ verbo offerimus: Refert Stobæus,  
de Anaxagora Philosopho, docente; Cælorum velo-  
cissimo & feruentissimo circumactū, attolli è terra la-  
pides, ac in stellas conuerti, quæ deinceps in gyrum  
circumuolutæ, influxu mirabili, subiecto orbi, maximè  
sunt fructuosæ. Sit hoc puerile commentum vel ipsis a-  
niculis deridendum, è lapidibus astra fieri. Ast nos  
effatum Cælestis Sapientix esse existimamus; & cru-  
deribus istis, è quibus, adeò speciosi parietes, Tuis  
REVERENDISSIME sumptibus, constant  
educti; stellas aliquando intermicaturas; vt quot-  
quot tandem lateres, quotq; lapilli, sub hoc albario,  
occlusi latent, opere, tot futuri sunt & stellæ, inso-  
lito splendore, in perpetuas æternitates fulgentes,  
atque Tuæ testes, in VIRGINEM CLAR-  
ROMONTANAM, locupletes pietatis. Ve-  
rùm accipe, huius quoque Sacræ Tuæ Basilicæ, totâ  
suâ mole gestientis nomine, hoc, non sine Lyrico ap-  
plausu

GRATULATORIUM HO-  
STIMENTVM.

*SI mens cruentum panderet Achilææ  
Dextra duellum, vel mihi Vlyssæi*

*vel*



INSTYTUT BADAŃ



*Casus retexendi fuissent;*  
*Maonio graderer cothurno.*  
*Si fors Sinonis claustra, velexitus*  
*Turni feroces, vel Cythereij*  
*Herois, errores, Latinas*  
*Vi superum repetentis oras;*  
*Aut bellicosi præmia Amilcaris,*  
*Junonis iras, atq; benignius,*  
*Didone Reginâ receptum,*  
*Dardanium Veneris nepotem,*  
*Si quis canendus, conditionibus*  
*Esset secundis, Attalus horreis,*  
*Penu, beatus, vel referto,*  
*Cui Eybici famulantur agri.*  
*Forsàn fauentes Castalij gregis,*  
*Supplex vocassem Pieridum Deas;*  
*Diuas Sorores, Entheatum*  
*Cecropis expeterem furorem!*  
*Laudes canorâ credite tibiâ*  
*Ferrem sub auras, plenus Apolline,*  
*Secutus heroas Maronis,*  
*Aut genium Calabri Poeta.*  
*Mentita talis Musa decet viros,*  
*Contaminatis picta coloribus,*  
*Quos ardor aura præuolantis,*  
*Et volucris monumenta laudis;*  
*Tantum laborum, ferrepotentibus*  
*Pondus lacertis vix superabile,*  
*Vani hos coegerunt Triumphis,*  
*Sisipheam tolerare molem.*  
*Nugæ Camænis este procul Sacris;*  
*Post hæc M A R I A M non ab Apolline,*  
*Mendace Cortinâ vocatam,*  
*Empyreo celebrabo plectro:*  
*Cui Præsul Auspex, GNESIACI throni,*  
*Delubra sacrat vertice Clario,*  
*Oprata, Diua sospitali*  
*Accumulans pia vota tectis,*  
*At quis valebit Munificas opes,*  
*Dignis in æuum tollere laudibus?*  
*Aurumq; Sacrum, quod sacratis*  
*Sedibus ille dedit locandis?*  
*PRIMATIS ecquis Munera concinet?*  
*Fusasq; largâ Diuitias manu?*  
*Et tecta, qua pecuniarum*  
*Auriferis maduere nimbis?*



Exolue Laudes, quas poteris tamen,  
 Distincta in omnes Thespiadum choros,  
 Fac Musa certatim, & sonantes  
 Docta phalanx iterato plausus;  
 Exuberantis flumina dextera,  
 Quae Mystra Magnus, sospite Numine  
 Per Sacra parietum refudit  
 Atria, Virgineosq; postes;  
 O Te Beatum cui licuit Dei  
 Struxisse MATRI Diua Palatia!  
 Sanctum penetral, MONTE CLARO,  
 Marmoreisq; dicare saxis!  
 O Viue sospes, Lumine Glorie  
 Longos in annos, Faustus & occupa  
 Hac Templa, quae Regina cali,  
 Ipsa sibi voluit sacrari.  
 Tibi Beata culmina Regia  
 Post haec patefcent, adeg; pro Sacra,  
 Caestium Te expectat Aedes,  
 Aetherei Propylaea Regis.  
 Ast nunc recuruo limina poplite,  
 Quando salutas Sacra Theotocos,  
 Votisq; cantuq; & Sabao  
 Thure calent, precibusq; tecta,  
 Aras per omnes Flos niteat Rosa  
 Dum Virginalis, plena stuporibus,  
 Aris IMAGO, vah locatur!  
 Attonitumq; facit popellum!  
 Nunc astra plaudant, gaudia nunc humus  
 Tollat, resultent cantibus aera,  
 Chordeq; dent Lusus loquaces,  
 Tympana tacta boent per auras,  
 Sit purpurarum conspicuus nitor,  
 Auro, Coronis, floribus emicet  
 Plebs omnis, voce gratâ  
 Cantet Io, repetens Ter Io!  
 Regina Cali digna fauoribus,  
 Eiusq; Magnis Icon Honoribus,  
 Miranda Virgo detriumphet,  
 Lechiacam recreetq; gentem.  
 Ast tu Vicissim Gloria verticis  
 CLARI VIRAGO, sydereos citò  
 Molire passus, & precatum  
 Excipe, quem geminamus vltro.  
 Serues egenti Nestora Lechia, &  
 Jnter Togatas, canitiem sine

Virere

HVcusq; i  
 HPRIN  
 SOLÆO  
 mus, eâ oratio  
 tatem adorna  
 re. Ignosce  
 dulce; Quanc  
 des, alibi p  
 omniq; exag



*Virere curas, non tepentis,  
 Non gelidi, graue tempus anni,  
 Non siccus illum Sirius, & madens  
 Orion afflet; dumq; Tuo, pius  
 Se ponit, in vultu; salubrem  
 VIRGO, Tui trahat oris, auram,  
 Hac vota PRÆSVL, Non sine Laureis,  
 Appendo pro Te Calicolum DEÆ,  
 Cui Tempa struxisti superba,  
 Religionis Honore cresce.  
 Nec vota Virgo sperne, precantium,  
 Quamuis corusco sydere promicas,  
 Romæq; Lauretiq; degens,  
 Cycladico radias lapillo.  
 Videtis? an me ludit amabilis  
 Imago DIVÆ? iam videor pius  
 Audire plausus, & sereno  
 Personuisse polum susurro.  
 Quo Musa vatem tollis? Eburneum  
 Suspende plectrum, votaq; comprime,  
 Angustior neruus, Verendum  
 Non potis est, celebrare Mystam.  
 Hic stare iussit Calliope, Chelym,  
 Chordasq; & ictos continuit sonos;  
 Ah ah Sacratissimus prorsus impar  
 Laudibus inferiorq; gestis!  
 Quæ pluribus post Astrigeri chori,  
 Princeps Virago, comparibus modis,  
 Diamq; Liberalitatem  
 Per superos reuehet Triones.  
 Ergo Beata dum referent Lyra  
 Olim stupendum! Sit satis interim,  
 PAVLINIANI dici, & esse HVNC  
 DELICIAS, CHARITES QVE, CLAVSTRI.*

**H**Vcusq; iustis Tibi REVERENDISIME  
 PRINCEPS, pro hoc MARIANO MAV-  
 SOLÆO utcunq; persolutis, neq; enim fas nobis duxi-  
 mus, eâ oratione, Tuam tantam Pietatem ad omnium volup-  
 tatem adornare, quâ animi deuotione eam possumus adora-  
 re. Ignosce quæso, & veniam Religiosæ audaciæ interea in-  
 dulge; Quando ad pauxillum libandas in eodem teatro lau-  
 des, alibi pleniore ore dicendas, MAGNI VERI,  
 omniq; exaggerata ut virtute, ita & doctrinâ cumulatissimi

L

Sena-



Pietas & deuotio  
R. ni Plo-  
censis, piè  
memorie  
Stanisłai  
Lubienscij  
erga Diuā  
Czesłcho-  
uiensem.

Idem 1000  
Selectos  
Vngaricos,  
p dilatado  
Sacratio:  
eiusdem  
Virginis,  
testamento  
reliquit.

Duo Fra-  
tres Reue-  
rendissimi  
Lubienscij,  
duo Coro-  
namenta  
Reipub.

Senatoris, ac simul Vterini Tui Fratris, REVERENDISSIMI PLOCENSIS EPISCOPI, venimus. Qui similiter post alia & alia plurima, Gloriosè pro Ecclesiâ Orthodoxâ & Republ: Polonâ, edita facinora, illud insuper, quasi pro Coronide, antequam exuuijs mortalitatis depositis, aternitatem adijisset, ad cætera addidit insigne. Quâ erat in ARCHIVIRGINEM istam, vnâ Tecum ARCHIANTISTES REVERENDISSIME, veneratione, anxium eum sapius, (quoties locum hunc, dum adhuc in viuis esset, bis nimirum, in singulos annos devotè inuiseret) sollicitumque reddebant, angustia Sacelli CLAROMONTANÆ AVGVSTÆ; Hinc quod propter Reipubl: continuas curas tuto non poterat; per vltimâ voluntatis consignationem, facere non distulit, Tædebat videlicet, illum, Ah nimium, arcto parietum ambitu! eam Reginam includi, quæ vix immenso cæli ambitu, circumscribitur. Ita Pietas Huius TANTÆ MATRIS, nullibi certos limites angustiasque induit, sed penetrat, excedit, transcendit vniuersa, Hanc igitur Genialem huius VIRGINIS Amplitudinem aduertens, & ille, Pientissimus ANTISTES, vtpote, apud quam patentissimus esset gratiarum sinus, quò omnes omnium Nationum homines, ad se suppliciter confugientes reciperet; Non diutiùs igitur sustinuit, quin per supremum, ante Funus, Mandatum, mille selectos aureos nummos, dilatandis hisce parietibus destinatos (quorum, eam ipsam VIRGINEM ex asse Hæc dem instituerat) Munificus Præsul reliquerit. Atque hic centum nobis linguas, centum ora optasse parum est, quibus adeo, pij Codicilli ipsius Dignitatem explicemus? Quò tandem effectum, vt esset non tantum Sacratio per Te, REVERENDISSIME ARCHIPRÆSVL hæcenus dilatati. imo ab imis fundamentis erecti, sed & de omnibus peregrinis benemerendi primigenium fundamentum. Sic ille, ILLVSTRISSIME PRINCEPS, Tuæ immensæ Munificentia, hocce suo Legato non curriculum præclusit, sed theatrum, ac si, in scena, diducto sipario, latiùs aperuit; non viam Liberalitati obstruxit, sed iter expeditum ad maiores, & maiores pro decore admirandæ huius Imaginis faciendas expensas præbuit; Non denique industriam Tuam legato suo illo fregit, sed pectori, per se satis cælestibus ignibus, radianti, si non integra flammaram incendia, prunas saltim, ardens & ipse cultor eiusdem Virginis, recentes adiecit: O igitur VOS, MAGNIDVOMYSTÆ. multum Felices, terque quaterque Fortunatos! qui vnâ de Familiâ, vno eodemque Parente, vnum duorum Poloniæ Regum delictum, vnum Reipub: Coronamentum, non solùm ad illam fulciendam Regesque ornandos, sed & ad cultum Dei, Diuinissimæque, Æterni Verbi Matris honorem propagandum, charissima prodijstis proles! A lacte primum didicistis, quæ Viri, imò quæ Magni, veri que Episcopi re ipsa præstaretis. Atque hic ignoscat nobis fæcundissima quæuis Facundia, si in Materia adeò Vberi, siccè & languidè loquimur; Cumque Tantæ Altitudinis, Liberalitate Reuerendissimorum, eductam molem videamus, per terram nihilominus dicendo reptamus. Verùm nec facile est

cilè est vn  
mos Sena  
Quis eni  
alter ad to  
tum contu  
venerit pe  
straham?  
Vos Sand  
ROMO  
virtutis Im  
ad vos du  
ME A  
amplior, s  
vestra Mo  
culis cresc  
effetis, pos  
licet hæc o  
quam præ  
MARI  
vestri est; E  
& deniqu  
Tibi, id to  
REVER  
Tui toties  
eumque h  
ximus.

ST

Trabo

ABBAS p

PRVD

Summi



INSTYTUT BADAŃ



cilè est vnam aliquam exsuccam eloquentiam, inter tot Eminentissimos Senatores partiri, vt vtriusque se adæquet munificentiae & pietati. Quis enim tutò enarret, vt vnus structuræ huic occasionem dederit, alter ad totam Amplitudinem, totum non sine ingenti sumptu ornatum contulerit, vt tandem & opus speratò citiùs ad consummationem venerit perfectam? Absit igitur, Molem hanc in plures authores distraham<sup>9</sup>. Agite O MAGNI PRÆSVLES atque scitote, nullibi Vos Sanctiores Religiosioresue probare potuisse, quàm in hoc CLAROMONTANO Sacratio exstruendo, in quo Baiulam Diuinæ virtutis Imaginem, residere prudentèr noueratis. Hæc nimirum gloria, ad vos duos delata est; quam Tu potissimum REVERENDISSIME ARCHI-ANTISTES, eam in speciem eduxisti, nè cultus amplior, suaque Diuæ veneratio, Augustior deesset, Vt verò cætera pro vestra Modestia, Pietatis opera occultare consuèstis, hoc in omnium oculis crescere volebatis, vt quales intus erga Deum, hancque Virginem essetis, posteritati perpetuò innotesceret. Ne igitur Ampliora signa (sint licet hæc quoque plurima) vestræ huius Deuotionis, in posterum à quocumque prætendantur; Hoc TEMPLVM, Hæc BASILICA, Hæc MARIANA PHARVS, quæ vsque ad eò enitescit, Beneficij vestri est; Exempli verò, quod in eâ Pietas Vestra viget, fulget Sanctitas, & denique Fides Orthodoxa Pontificàliter detriumphat. Atque cum Tibi, id totum Operis, consecratum eamus; Pij quoque Manibus REVERENDISSIMI & ILLVSTRISSIMI Plocensis, Tui toties, gloriosè nominati Fratris, triumphali itidem plausu litare, eumque hocce tenui Elogio consecrare æternitati, fas & æquum duximus.

Illi ipsi Ecclesie Orthodoxæ columina.

Vnusquisque illorum, rarum publicæ pietatis exemplum.

## STANISLAVS LVBIENSKI

Tuus O Trabeata Siradia Magnus Incola.

Trabeatus & ipse, ECCLESIAE Polonorumque Senator.

ABBAS primùm TYNECENSIS, tùm Episcopus LVCEORIENSIS

Ac simul Regni CANCELLARIVS.

Ad Infulam tandem Plocensem vocatus.

Tot Cathedras exornauit.

Qui ad Summas quasque Dignitates fuerat natus.

Omnium Virtutum Compendium.

PRVDENTIA. CONTINENTIA. ELOQVENTIA.

Summis quibusque Heroibus, quos vel Anterior tulit, vel Posterior

Feret Ætas, omninò suppar.

L 2

PRÆ-

702



INSTYTUT BADAŃ  
NAD EDUKACJĄ I BIBLIOTEKĄ



PRÆSVL VERITATIS & CANDORIS AMANTISSIMVS;  
FIDE ERGA PATRIAM & AMORE CONSTANTISSIMVS,  
Rerum, quæ in Repub. gerebantur SCIENTISSIMVS.

Totum id Historia, vt Fide maximâ, ita & stylo sublimitè Candido,  
ab EODEM Conscripta, iam iam in Lucem proditura,  
Luculentè testabitur.

Sed & Æternitatem Vniuersæ Familiæ comparabit.

O Multos Nobis Tales in Poloniâ.

SANCTOS, DOCTOS, FACVNDOS EPISCOPOS?

ILLVSTRISSIMORVM Doctissimos, DOCTISSIMORVM Illustrissimos.

Cui & Hæc Lauro Nobilis, surgit Moles.

Illum Posthumæ salutant MVS Æ; Illi assurgunt Camænæ.

O literati, ô LITERÆ vbi estis?

Sperate & vouete! vt Tempus hoc Cælo detur concessum!

In quo, sub Doctis Præsulibus, Literis viuere liceat!

His Incubans, simulque pro Ecclesiâ excubans.

Postquam supplex Aurum, pro SACRARIO CLARO-MONTANÆ DIVÆ

Ex Testamento legasset;

SANCTE IN HVMANIS: CÆLO ÆTERNVM VICTVRVS,  
VIVERE DESIIT.

**Excursus à laude Archi-Præsulis, ad splendorem Sacuarij Mariani, ob præsentiam Miraculosæ Imaginis.**

**A**Tque hætenus quidem ILLVSTRISSIME PRINCEPS, quantum gloriæ Tibi Fratrisque Tui æquè REVERENDISSIMI Sacro Nomini, ex hac structurâ accesserit, audisti: Quantum item, hæc ipsa Fabrica, ex Imagine prodigiosâ, nouitè hûc illata & hæbeat, & in posterum sit habitura splendoris, Prudens aduerte. Et sanè cum Deus Opt: Max: eiusque Æterna, ac simul VIRGINIS huius Sanctissimæ PROLES, quo se nostris moribus accommodaret, conuenientissimum, suæ Infinitæ Maiestati, duxisset, vt in hæc Mundanâ, totius vniuersi prouinciâ, quanquam infinitati suæ perexiguâ, præsens adesset, nullis tamen oculis mortalium, sicut nec Vnigenitus ipsius, Vnigenitiq; Diuinissima Mater conspici posset, sed nec id fas esset. Placuit eidem, vt singulari quodam modo, per efformatas Imagines, Numen ac Munimen ipsius eluceret, atque ab hominibus debitè cole-retur; omnem interea honorem illis præstitum, in ipsum Archety-pum, quem repræsentarent, referendo. Hinc si quis hæc & similia Sa-cra simulachra, ad publicum cultum in Basilicis exposita, quemadmo-dum & Hanc Nostram CLARO-MONTANAM in hoc noui-  
tè ex-

In Imagi-  
nibus Deus  
& Sancti ri-  
tè hono-  
rantur.



rē exstructo Sacratio, diceret depositam, vel tanquam Gemmam in  
 Annulo, aut veluti Reginam in suo Palatio; siue etiam Sponsam in suo  
 Secrēto cubiculo; Bellatricem Fortem, in Armamentario; Virgam  
 de radice Iesse, in suā Arcā; Mirandorum operatricem, in suā Mira-  
 culosā Thecā, Thesaurariam Gratiarum Dei, in opulentissimo Æra-  
 rio, & si quos alios Titulos, quisquam accommodare, tam huic Sacræ  
 Imagini, quam isti Sacratio volet, ne ille nobis errasse, dicendus erit.  
 Nos certē hanc ipsam Virginis Iconem, recenter in hoc Templo, tan-  
 quam Solem lucidissimum, in medio Cæli collocatam esse, indigetare  
 minimē verebimur. Atque in primis, Sol hic visibilis, à Sapiētib;,  
 Mundi Lampas, ac luminis fons perennis, illeque primus & Princeps  
 communiter appellatur, omnes reliquas stellas illuminans, & pariter  
 obscurans. Dat ille quidem, de Luce suā, cunctis syderibus splendo-  
 rem illum, quō purissimum, vbi inhærent, cælum exornant, nocturnas  
 illustrantque tenebras. Ast idem interdum, magnitudine sui candoris,  
 hisdem splendendi facultatem eripit, vt in ardenti ipsius radio, quan-  
 quam illuminata, penitus non cernantur. Mira similiter &, huius  
**CLAROMONTANÆ DIVÆ**, à S. Luca Euangelistā, ante  
 sexdecim integras ætates, depicta Imago; Ac si sol quidam terrestris  
 inter media sydera; nimirum inter reliquas Imagines ( quorquot vs-  
 piam claruerunt Miraculis ) & extat, & extitit semper celebratissima.  
 Atque cum aliās, aliis, per multa sæcula, inclaresceret beneficiis, ex Hor-  
 rizonte Orientis, ad Meridianum, (per tot terrarum marisq; anfractus)  
 verticem, Regni nostri Lechici, sublata, in hoc **MONTE-CLARO**,  
 nullā vi humanā mobilis, constans & firma, à ducentis & eò amplius an-  
 nis, hæsit. O quam iucundum esset, si id temporis permitteret oratio,  
 non tam cito pede, quam volante mente percurrere, Tot **MARIÆ**, hoc  
 in loco, omnium malorum Auerruncatricis, quasi continuo, non sine  
 opulentissimis donarijs, pro Anathemate vbique affixis, signa, Diui-  
 næque Omnipotentia, ac simul humanæ Pietatis (vbi & numen agno-  
 scunt) æternum duratura monumenta! Perge, ô Perge, ô **DIVIPA-  
 RA VIRGO**, in **MONTE CLARO**, magis ac magis clarere tuis istis admi-  
 randis! quæ, tenuibus etsi literulis post pios, aliorum, è minimā nostrā  
 familiā Protoeremiticā, conatus; non tantum Inclytæ Lechiæ nostræ,  
 sed & toti prodere Orbi, semper ingens, vnicuique nostrum crescit cu-  
 pido; & sanè facilis, hanc ipsā **DIVA** interueniente, erit opera; ve-  
 luti & auro obryso, aut ebori pellucido, nunquam difficile, decus  
 è propinquo addere, cum materies, (vt ait Lipsius) per se niteat;  
 ita & nobis, auxiliatricis gratiæ cælestis flantibus fauoniis, istis, gra-  
 tiam à stylo dare. Et iure id quidem esset faciendum; cum  
 nec **DIVA** hæc, beneficijs supra naturam præstandis, ac si lu-  
 ce quâpiam cælesti, animos hominum accendere, deuotionem-  
 que erga se, inflammare non cessat, vt quidquid vsquam, saltem per **Re-  
 gnum Poloniae**, illique confines Provincias habuerint, habeantue  
 M conspi-

Imago Vir-  
 ginis Claro  
 montanæ  
 cum Sole  
 compara-  
 tur.

Ex quo cæ-  
 pit mira-  
 culis clare-  
 re, nunquā  
 destitit.







conspiciat quæuis miraculis Imagines, omnibus his quid opponat, aut etiam præferat, habet CLAROMONTANA hæc nostra DIVA, Soli, vti diximus, reliqua sydera luce suâ obruenti, per omnia similis; quæ tot millia hominum, virtutis suæ admirando lumine perfundens, omnes reliquas, quotquot miraculosas, suis priuatis in Regionibus, venerantur, miraculorum magnitudine, imo immensitate, penitus tegit, obruit, obscurat. Ne nobis fides, sed adeo frequentibus in singulos annos, sæpe vix, non in singulos dies, ab vltimis finibus Regni & vltra, circulis, coronis, ex omnique statu, & sexu, latè diffusis examinibus, Hinc omnium pulcherrima vox est, VIRGINEM CLAROMONTANAM, Regno Poloniae in Reginam, Patronam & Aduocatam, Clementissimam, omni tempore, cominùs eminùsque datam, factamque esse. Atque vt verbo omnia complectamur; Admirandarum quarumuis Imaginum Miraculosissimam, Patronarum optimam, Principem, ac Dominam, omniumque reliquarum Gloriosissimam Triumphatricem existere. Verùm neque hic, Imaginis istius, subsistit præpotens Virtus, quia & Numinis plenissima; Intueamini quæso, si quomodo irretorto oculo potestis, ipsam non capitis tantum, sed frontis, genarum, labiorum, & reliquarum oris partium, ad miracula patranda natam formam & figuram. Quam tota erecta! tota Heroica! tota diuina; Vt nec venæ frontem deuenustent, nec asperitate nasus rigeat, nec nimiam mollitudine genæ diffluant, sed vbiq̃ue optimus habitus, vbiq̃ue gratus minimorum lineamentorum Lepos, vbiq̃ue commendata pulchritudo collucet; vsque adeò, vt etiam si ægros quispiam fessosque huc attulerit oculos, protinùs Diuæ huiusce nostræ oculi, quasi in ambitum serenè circumducti, Smatagdorum more, mirum in modum, illos ipsos reficere, quin & intimos quosque mentis recessus, graui quâuis turbatione concussos, recreare in immensum sufficiunt; vnde eius obtutibus, quasi Diuinitatem quandam, plurimi construunt, palamque confitentur, Imaginem hancce, intensissimos in vnumquemque oculos, ac si vivi essent, defigere, tamque procul esse à viuo corpore, quod in terra; quam proxima à viuente, quæ in cælis. Sic Summa, illa, quandoque subausterior ipsius faciei Maiestas, occultâ quadam vi, dulcè tormentum cordi admouens, vbi officio Reginae satisfacit, Matris subito abblandientis vultum induit, atque se vltra ingerit oculis peccatorum, innatæ suæ Clementiæ, quasi Cælo relicto, omnem Maiestatem submittens. Procul igitur hinc abscedat superstitiosa vetustas, nec amplius sola plausum ferat in suo Apolline, qui iisdem manibus, citharam personasse, quibus & arcum intendisse dicebatur; Cum ecce CLAROMONTANA nostra DIVA, iisdem oculis, & amorem nobis mollitè instillat, & horrorem salubritè incutit. Hæc nimirum sunt illa, ex multis alijs admiranda, supra captum & fidem humanam, quæque nulla malcuola mens, Diuinæ Potentiæ transcribat. In hoc siquidem vnicum, toto animo & voluntate sui beneplaciti Diua hæc

Hæc ipsa  
Imago Di  
vix virtutis  
Baiula.

Faciei huius  
ipsum  
Imaginis  
rara Maiestas.

Facies Vir-  
ginis varia  
pro varietate  
aspicienda.



hæc incumbens. vt  
rus & aura desider  
aliquorum benefic  
raculorum vela pa  
hic Ædepol non  
alijs & alijs eiusdem  
Statuis è ligno lapid  
Gidlenfibus, longi  
In Volhynia Międ  
b<sup>o</sup>, & si quæ sūt ali  
Sileant isthæc om  
dictum velimus)  
mam non inuitæ o  
præcessit, ita & ex  
Regno qui inuoc  
tutum & donoru  
cando domi, si  
reportauerit? I  
Alueario prodie  
nerit? Ast istha  
rens, per nostr  
illam cohonestat  
beata & Admira  
tur generationes  
loco felicitatem  
non vnum digitu  
fuiti; Quando  
& honore eiusd  
alio puriore re  
animos, suum  
nitèr prouher  
tatis vbertas,  
propriâ, meriti  
siquidem, qua  
quam intercede  
rum, potissiman  
Lætare igitur  
tantam felicitat  
li Terræque Re  
in Fundatore  
beneficia, qu  
Nam si pulchr  
liæ, iure sang  
REVEREN  
Miraculorum  
tus eidem vsq̃





hæc incumbens. vt quò orationes precantium sese vocarent, quò ven-  
 rus & aura desideriorum flaret, protinùs, non dolones minimorum  
 aliquorum beneficiorum explicans, sed maximorum quorumuis Mi-  
 raculorum vela pandens, liberalitèr, omnia omnibus præstaret. Atq;  
 hîc Ædepol non est quod CLARVS MONS noster amplius inuideat,  
 alijs & alijs eiusdem Virginis Imaginibus, quibus etiam nunc claret, siue  
 Statuis è ligno lapideûe efformatis, siue è tabulis compactis. E regione  
 Gidlenfibus, longiùs disitis in Russia, Sokaliensibus & Lezaiscensibus,  
 In Volhynia Międzyrzycensibus; In Lithuania Trocensibus & Zyrouicensibus,  
 & si quæ sût aliæ in vrbib<sup>9</sup> & oppidis veneratione celebres Imagines,  
 Sileant isthæc omnes, (quòd tamen inter nos Catholicos sine inuidia  
 dictum velimus) & nostræ huic CLARO-MONTANÆ, pal-  
 mam non inuitæ deferant, vtpotè, quæ omnes reliquas, vt antiquitate  
 præcessit, ita & exsuperat miraculorum Maiestate. Ecquis enim est in  
 Regno qui inuocata non agnouerit fauorem? Quis! qui Palmaria vir-  
 tutum & donorum præmia, è proximo & longinquo cælo, siue præ-  
 cando domi, siue foris obtestando, siue locum hunc adeundo, non  
 reportauerit? Imò qui non melior, ex hoc Mariano beneficiorum  
 Aluuario prodierit, Sanctiorque in domum redierit suam, quam ve-  
 nerit? Ast isthæc omnia Deus, qui solus est admirabiliter Præpo-  
 tens, per nostram hanc Diuam patrat admiranda. Ille isto honore  
 illam cohonestat, & attollit. Et ex æuo in æuum sic erit, vt summè  
 beata & Admiranda, prout ipsa, de se est vaticinata, in omnes dica-  
 tur generationes. Verùm & Tu vicissim ad istam Virginis, hoc in  
 loco felicitatem, ILLVSTRIS SIME ARCHIPRÆSVL,  
 non vnum digitum porrexisti, ast integram manum munificus appo-  
 suisti; Quando SACRVM hoc DOMICILIVM, pro cultu  
 & honore eiusdem VIRGINIS, Augustum satis, excitasti; non  
 alio puriore respectu, quam vt omnium hûc piè confluentium  
 animos, suum illorum deuotioni coniungendo, ad cælestia peren-  
 nitèr proueheres. Hem quantam, hæc Tua ardentissimæ pie-  
 tatis vbertas, Materiam inuenit? Vt ita non solum salute  
 propriâ, meritisque diues, sed & alienis prudens viueres. Nemo  
 siquidem, quamdiu hæc stabit moles, pro se, hocce in Templo, vn-  
 quam intercedet, nisi insimul & pro te Conditore illius, precum sua-  
 rum potissimam occupet partem.

**L**ætare igitur REVERENDISS: ARCHIANTISTES ob istam Tuâ  
 tantam felicitatem; pluribus alijs Antecessoribus denegatam, quod Cæ-  
 li Terræque Regina Te sibi, in summum Architectum domus suæ, &  
 in Fundatorem celebratissimum elegerit; vt nimirum gratias &  
 beneficia, quæ hic vsquam per illam patrabuntur, hæditares.  
 Nam si pulchrum est. Illustrissimorum Croiorum, in Belgio, Fami-  
 liæ, iure sanguinis Hallensem Diuam venerari; Quidni & Tibi  
 REVERENDISSIME DOMINE, quidquid tandem, siue  
 Miraculorum per Virginem hancce, aliquando edetur, siue cul-  
 tus eidem vsquam fidelibus reddetur, omnia hæc & singula,

Diua Cla-  
 romotana  
 vbiq; in-  
 uocata, o-  
 mnibus ad-  
 est præsto.

Enumerã-  
 tur pleraq;  
 loca Virgi-  
 nis venera-  
 tione in Po-  
 lonia cele-  
 bria.

Nostra Cze-  
 choouie-  
 sis omnium  
 in Regno  
 celebrissi-  
 ma.

nus Ar-  
 chipræsub  
 omnium  
 gratias &  
 preces ob-  
 constructis  
 hoc Sacra-  
 rium est  
 pmeritus.

Applausus  
 eidem Re-  
 uerendissi-  
 mo.





Fausta feliciaque, sed & vniuersæ Tuæ Propagini, magna splendori,  
in omnem posteritatem futura vicissim polliceamur.

Fient ista palam, cupient & in acta referri.

Idem Ap-  
plausus Se-  
renissimo  
Regi Vla-  
dislao IV.  
sub cuius  
felicibus  
auspicijs  
hæc ipsa  
Basilica est  
cõstructa.

Erga Diuã  
Claromon-  
tanam Se-  
renissimo-  
rum Regũ  
Poloniæ  
maximè fe-  
liciter Mo-  
derni Mu-  
nifica pie-  
tas.

**G**AVDE Tu quoque INVICTISSIME VLADISLAE  
maxime & Felicissimè Regum (quacunq; nos Cæli parte, pero-  
rantes spectas.) Quia Tua Hæc Fidelissima PATRONA, Diua  
Tua SOSPITA, Victoriarum Tuarum STATORIA, POL-  
LENS, POTENS. Te Regni Lechiaci Sospite Moderatore, ad  
suum Augustius Mausolæum, hodie introducitur, Et sanè quidni  
Serenus, imò Serenissimus gaudeas; qui omnes Tuas hæctenus  
partas laureas, quas ex duobus, versus Orientem & Meridiem,  
potentissimis hostibus, intra duorum annorum, à primâ Tuâ in-  
auguratione, spatium; post dilatatos alibi, alibi restitutos Regni Ter-  
minos, post omnia in circuitu, quasi vnâ manu, consummata bel-  
la, gloriosus Triumphator reportasti; Atque eidem MAGNÆ  
MATRI, MAGNÆ VIRGINI, VICTRICI TVÆ; DI-  
VÆ, inquam, CLARO--MONTANÆ, illa omnia accepta  
retulisti; Aliquoties ad eam, peregrinatione susceptâ, quandoque pe-  
des, ad primùm (rarum certè priuatis, quid Principibus Pietatis  
opus?) Sacræ Turris conspectum, aut etiam ex carpento rotali defili-  
endo, quod reliquum restabat itineris, morbo licet grauiori impeditus,  
sic peragere, testadæ venerationis ergo, consueueras, Non hic comme-  
moram; Antecessorum Tuorum, Regum Poloniæ, sed nec Principum  
Regni nostri, Sacræ Regiæ Tuæ Maiestatis, Serenissimorum Fratrum,  
Sororisq; noua & antiqua; potissimum PIENTISSIMI SI-  
GISMVNDI III. & Deuotissimi, erga hunc locum, Regis, Rega-  
lia munera, ex voto affixas; Cùm nec Tua, interea, referre sufficiamus,  
quæ in auro, gemmis, lapidibus, annulis pretiosis, alijsq; appa-  
rentis Sacris, diuersis temporibus consecrasti. Illud singulare præterire  
nequaquam possumus; Ne suæ, tam admirandæ VIRGINIS, Ima-  
gini, in CLARO--MONTE deessent excubiæ, muro eam obire,  
fossâq; è rupe excisâ, circummunire. REX PIVS, hucusq; non  
cessas; O DIVA, supra quam, nihil, nisi Deus est; publicè &  
priuatim Tuearis hunc Tuum, tam PIVM, tamq; SAN-  
CTVM DESPONSATVM! Et si quid insuper, Grata be-  
neficiorum memoria, cum suis nunquam intermorituris literis, potest  
valetq; Hoc insuper monumentum, pro æterno Anathemate,

ad pedes huius ipsius SACRATISSIMÆ

IMAGINIS, è voto Totius REIPVB:

POLONÆ, lubentes su-  
spendimus.

SERE-



INSTYTUT BADAŃ



SERENISSIMO & POTENTISSIMO  
VLADISLAVO IV.  
POLONIARVM ELECTO.  
SVECORVM, GOTTORVM, VANDALORVM  
HAEREDITARIO REGI.

CYMBRICÆ, JAGELLONICÆ, AVSTRIACÆQUE VIRTVTIS, MAGNO HÆREDI.  
Maieſtatis; Felicitatis; Sceptri Paterni;  
FIDELISSIMO SVCCESSORI.

CVI

Nihil Vnquam, nimium. Nihil Difficile. Nihil imperium. Viſum.  
TANTA in omnibus Geſtis FELICITATE. vt Fortunatiora ſperare, Vix hominis.

REX SI QVIS:

Veterum REGVM Exemplo à Pueritiâ, Laboribus exercitus. MAGNITVDINE ANIMI; vt REGIBVS  
Natus. AFFECTV, vt PATER; COMITATE, vt infra MAIESTATEM; PRVDENTIA vt ÆTERNVM.  
Imperaffe Arbitreris.

QVEM IMITARI PLVRIMI, è PRINCIPIBVS concupiſcunt.  
Nemo poſſit.

ILLIVS VIRTVTI MARTIALI, Segetem Gloriæ vberem, ſed & Meſſem TROPHÆORVM Feracem, latiffima  
MOSCHORVM dedere Imperia; De quibus SPOLIORVM ſatis accepiffè ratus, quod IMPERATOR, Diu  
ante, ab iſdem liberè ELECTVS, REBELLES Subditos. NON MINVS FORTITER  
quàm CLEMENTER VICISSET.

Qui niſi Acrior, MODESTIÆ SVÆ, quàm ipſorum SCEPTI,  
Aſſertor eſſe Maluiſſet;

A NVLLO ALIO ORBIS PRINCIPE,

Imperium illud longè latèſque per Aquilonem diffuſum; Nec Felicius Moderari. Nec  
Prudentius Regi, vnquam potuiſſet.

Verùm & CHOCIMENSIS contra OSMANVM  
TVRCARVM IMPERATOREM;

Quâ nulla hâc ætate, in EVROPA Maior Expeditio:

PRINCIPEM tunc Regni VLADISLAVM, in Partem Maximi vocavit TRIVMPHI; vtpote  
qui Caſtris, Hoſti oppoſitis; Non Patris tantum ſui, VICTORIOSISSIMI REGIS,  
ſed ſua quoq; eò intulerat AVSPICIA. De quo dici, illud IMPERA-  
TORIVM, cum veritatè poteſt;

Quod in alios, Adulatio congerere conſuevit;  
VENIT. VIDIT. VICIT.

O quantam Hiftoriarum Iliadem daturuſeſt olim, FORTVNÆ FELICISSIMIS  
Incrementis Circumcinctus PRINCEPS!

Qui iteratò ex Borealibus, verſus Orientem partibus, poſtquam cum victricibus AQUILIS, LEOPOLIM adueniſſet:  
TVRCIS ſub CAMENECO, vel ad ſolam Famam ipſius Aduentus, illicò, non ſine  
Dedecore, arma ceciderunt: SCYTHIS etiam, Duro in armis  
Generi, ſunt excuſſa.

Verùm & à SVECIS, Eiuſdem VICTORIS timore percuſſis, quæ olim proditoriè fuerat,  
intercepta PRVSSIA, Regno reſtituta.

*Atque hæc biennio non integro, ab aſſumpto Diademate geſta, quantum ſufficeret ſæculo.*

SIC, QUANDO ILLIVS

CLEMENTIAM & FORTITVDINEM;

Fideles ſubditi, Gens ad Libertatem nata, POLONI: deprædicant.  
Hoſtes Finitimi, eiuſdem VIRTVTES Mirantur,  
FELICITATEM EXPAVESCUNT.

Quæ Summa in Summo quærantur Principe: Solus  
Aut habet hic Princeps; aut ea nullus habet.

N

VLA-



INSTYTUT BADAŃ



sed & vniuersæ Tuæ Propagini, magna splendori,  
ritatem futura vicissim polliceamur.

a palam, cupient & in acta referri.

quoque INVICTISSIME VLADISLAE  
felicissimè Regum (quacumq; nos Cali parte, pero-  
Quia Tua Hæc Fidelissima PATRONA, Diua  
A, Victoriarum Tuarum STATORIA, POL-  
ENS. Te Regni Lechiaci Sospite Moderatore, ad  
Mausolæum, hodie introducitur, Et sanè quidni  
serenissimus gaudeas; qui omnes Tuas hæcenus  
quas ex duobus, versus Orientem & Meridiem,  
tibus, intra duorum annorum, à primâ Tuâ in-  
itium; post dilatatos alibi, alibi resitutos Regni Ter-  
tia in circuitu, quasi vnâ manu, consummata bel-  
triumphator reportasti; Atque eidem MAGNÆ  
GNÆ VIRGINI, VICTRICI TVÆ; DI-  
CLARO-MONTANÆ, illa omnia accepta  
es ad eam, peregrinatione susceptâ, quandoque pe-  
rarum certè priuatis, quid Principibus Pictatis  
ris conspectum, aut etiam ex carpento roali desili-  
um restabat itineris, morbo licet grauiori impeditus,  
æ venerationis ergo, consueueras. Non hic comme-  
torum Tuorum, Regum Poloniae, sed nec Principum  
æ Regiæ Tuæ Maiestatis, Serenissimorum Fratrum,  
& antiqua; potissimum PIENTISSIMI SI-  
ILL. & Deuotissimi, erga hunc locum, Regis, Rega-  
to affixa; Cùm nec Tua, interea, referre sufficiamus,  
apis, lapidibus, annulis pretiosis, alijsq; appa-  
eris temporibus consecrasti. Illud singulare prætere-  
imus; Ne suæ, tam admirandæ VIRGINIS, Ima-  
O-MONTE, deessent excubiæ, muro eam obire,  
excisâ, circummunire. REX PIVS, hucusq; non  
VA, supra, quam, nihil, nisi Deus est; publicè &  
s hunc Tuum, tam PIVM, tamque SAN-  
PONSATVM! Et si quid insuper, Grata be-  
oria, cum suis nunquam intermorituris literis, potest  
insuper monumentum, pro æterno Anathemate,  
es huius ipsius SACRATISSIMÆ  
MAGINIS, è voto Totius REIPVB:  
POLONÆ, lubentes su-  
spendimus.

SERE-

# VLADISLAVS

In quo omnia, Pace Bello

Qui nec ab Hoste, Vn

Vt animo, ita &

Hoc REGE, RES - PVB: POL

Hoc DVCE, EQVEST

Hoc MÆCENATE, DOCTO

Hoc BENEFACTORE, RELI

TAN

OPTIMO, PRVDENTISSI

REGI

MOSCHORVM REBELLIVM (C

TVRCARVM (quoties pug

FÆDERVM, vtroq; ab Hoste,

Ciuum Ex Obsidione SMOLENS

Sed Nec

CASTRENSIVM, OB

DEVS DIVA Q; CI

Omnem suam felicitatem, idem PIVS & B

LIVONIAE RECUPERATO

Rebellium Subditoru

V

PATERNO

RELIGIONIS, A

PA

atissimi.

endiam

706



INSTYTUT BADAŃ  
KRAJOWA BIBLIOTEKA POLSKA



nimirum **Q V A R T V S** EST.

q̄, ad Æternitatem Famæ Conspirant,

nec à Blandiente Fortunâ, se passus  
quam Corrumpi.

Viribus **I N V I C T V S**,

**O N A**, se **F E L I C E M** EXISTIMAT.

**R I S** ORDO **G L O R I A T V R**.

**R V M** COHORS **D E T R I V M P H A T**.

**G I O S O R V M** CÆTUS **A L L E V A N T V R**.

**I T O** & **T A L I**.

**M O**; **F O R T I S S I M O**, **F E L I C I S S I M O**.

**A C** **D O M I N O**.

quoties placuit) Per **A R M A**, **T R I V M P H A T O R I**.

auit) **N O N** **S I N E** Sanguine, **T E R R O R I**.

**V I O L A T O R V M**, **I V S T O** **V I N D I C I**.

**C E N S I**, **S T R E N V O** **E L I B E R A T O R I**;

adum Laurearum Finis.

**S I D I O N A L I V M**, **M V R A L I V M**,

**A R O - M O N T A N A** (Cui, post **D E V M**

**O N V S** in armis **R E X**, acceptam refert.) prosperet Omen.

**O R I**; **S V E C O R V M** Perduellium, & quorumuis

n, **F V T V R O** **V I C T O R I**.

Verbo dicimus

**E T** **M A T E R N O** **J V R E**,

**R M O R V M**, **L I T E R A R V M**,

**T R O N O**.

**S**ED en tan

Sexcitus, I

ob tam innur

nus locupletat

MONTANAM,

latorū memo

& Monument

quod Tu eide

concessisti spl

lem. Tui & Re

ipsum constitu

Merita **L V B I**

**G I S M N D O** **I I I**

sciuit in alijs **E**

mun dexterâ,

peret orname

blicam suam,

Auspicijs prof

**Q**VIN & v

cunque se

tanto, Sacri hu

ditate (quam

exultate; utp

ex angusto sped

debeat & valo

**D**E Te autē

mi Eremit

uæ, velut preti

hæreditario iu

hanc Sacram a

gratitudinis re

quæ Obseruan

huius Sacrarij

mâ parte, Tu

**T I S T E S**; Nam

est. Si operas o

omnia memor

cæ istius, funda

tem, superesse

qui omnes Ch

pro hoc Maria

signum illibati


mun aduertis; p

gino, meritis e

ingens quodda







**S**ED en tandem, Tuo hoc, SERENISSIME Rex, adeò salutari exemplo  
 Sexcitus, ILLUSTRISSIMVS Regni PRIMAS, Primusque PRINCEPS;  
 ob tam innumera, aureæ pacis, commoda, quibus subditos Tuos hacten-  
 us locupletasti, sed & aliorum beneficiorum, per VIRGINEM CLARO-  
 MONTANAM, Tibi VICTORI & PACIFICATORI Potentissimo, sibiq; col-  
 latorum memor; Gratium, illi quoque pro Te, & pro se rependit Decus  
 & Monumentum. Omnino è voto Tuo, SERENISSIME REX accidit,  
 quod Tu eidem, inter Amplissimos Patres, Senatorij Ordinis, primum  
 concessisti splendorem, Communis salutis Arbitrum, Patriæ Augusta-  
 lem. Tui & Regni Proxeram, verbo dicam, Regem Sacrorum illum  
 ipsum constituendo. Hoc enim egisti REGVM INVICTISSIME, quod  
 Merita LVBIENSII deposcebant, utpotè, qui sub SERENISSIMO SI-  
 GISMUNDO III. piæ memoriæ Sacratissimo Tuo Parente, pulcherrima  
 sciuit in alijs Episcopatibus, Pietatis excitare trophæa; E Regiâ Tuâ de-  
 mum dexterâ, emeritæ suæ virtutis, in Laticlaviâ Purpurâ, summa acci-  
 peret ornamenta. Hic igitur TVVS PRINCEPS SENATOR, dum pu-  
 blicam suam, in Virginem CLAROMONTANAM, Pietatem, sub Tuis  
 Auspicijs profert; Tu diu Auspex, diu Incolumis detriumphas.

Exempla  
 Principum,  
 ad omnia  
 valent.

Factum è  
 prudentiâ,  
 quod Digi-  
 nitas Pri-  
 mitialis sit  
 collata Re-  
 uerendissi-  
 mo.

**Q**VIN & VOS, Ô CLARO-MONTANI Peregrini, Vbi vbi estis? cuius-  
 cunque sexus & conditionis, Viri, Fæminæque Inclytæ, inuicem, in  
 tanto, Sacri huius Virginalis Domicilij, Decore, suâque, istâ commo-  
 ditate (quam ex Augusto hoc Palatio, Aduocata vestra, nacti estis)  
 exultate; utpotè, quod cælorum diffusam Maiestatem, non amplius,  
 ex angusto spectare recessu, aut tenuibus euocare votis, in posterum &  
 debeatis & valeatis orantes.

Piè pere-  
 grinantium  
 lætitiâ ob  
 dilatatum Sa-  
 cellum

**D**E Te autè, quid dicem? Minima è Religiosis Ordinibus S. Pauli Pri-  
 mi Eremitæ, Cænobitica Societas? quæ, hanc ipsam Imaginem Di-  
 uinæ, velut pretiosum Thesaurum, à ducentis & eo amplius annis, quasi  
 hæreditario iure possidendam & custodiendam recepisti? Quis Tibi, ob  
 hanc Sacram ædem nouitè exstructam, animus? quæ mens? quæ  
 gratitudinis referendæ, in communi hoc applausu, cogitatio? aut  
 quæ Obseruantia, intra angustias Paupertatis, magnitudo, amplitudini  
 huius Sacrarij respondebit? Nulla fateor, quæ sit æqualis, vel in mini-  
 mâ parte, Tuis amplissimis meritis, ILLUSTRISSIME ARCHIAN-  
 TISTES; Nam si Cænobium Tibi vniuersum offerimus? Id parum  
 est. Si operas omnium nostrum? Istæ Tuæ pridem sunt; Animus super  
 omnia memor; quem iam tunc deuouimus, cum prima locabas, Basili-  
 cæ istius, fundamenta, ut nihil amplius dandum, per nostram tenuita-  
 tem, superesse videatur. Nisi fortassis Pyrrhi Regis exemplum secuti,  
 qui omnes Charites, in annulo suo Musasque insculpsit; Tibi & nos  
 pro hoc Mariano Sacratio, Cor vicissim MARIÆ, per diagramma, in  
 signum illibati Candoris, lubentes imprimamus? Quod si adhuc ani-  
 mum aduertis; plura etiam dabimus. Nam si Anaxagoras, teste Rhodi-  
 gino, meritis est à suis Clientibus, Aram Mentis & Veritatis, idque ob  
 ingens quoddam studium & amorem, quo Viuus ferebatur ad adstru-

Religioso-  
 rum Cænobij  
 Claromon-  
 tani ingens  
 erga & mû  
 gratitudo.


Faustæ eo-  
 rundè ap-  
 precatio-  
 nes, pro in-  
 columitate  
 Reueren-  
 dissimi.

O endam

706







endam veritatem. Cur & nos pariter ob hoc, *ÆTERNÆ VERITATIS*,  
*MATRI*, constructum Templum, non tibi vicissim excitabimus Aras,  
aut saltem publicas alias Memorias; Quæ tanti beneficii, recordatio-  
nem referant æternam? Et Honores quidem Diuinos habere tutò  
per Religionem Christianam non licet; Ast Summos quosq; Humanos  
reddere, quis prohibet? Colemus Te *Optimè*, Maxime *Mystra*, memo-  
riâ æternâ, prædicabimus *Munificentiam*, in *Virginè CLAROMONTA-*  
*NAM*; Erigemus Tibi in animis, pectoribusq; nostris, Aras geminas,  
*MENTIS & VERITATIS*, utpotè qui & ipse, tanquam *Summâ* in  
*Regno Polono* decoratus *Mitrâ*, gestas Tuo in pectore *VRIM & THV-*  
*MIM*, nimirum *Doctrinam & Veritatem*. Et denique locabimus in  
*Aris* duplices *Statuas*, *Raræ Tuæ LIBERALITATIS & AMORIS* erga  
eandem *Deiparam*, quibus honoremus in simul, & reliquas omnes  
*Præfulares* tuas virtutes. Iam verò, *DIGNITATI TVÆ*, quâ in *Ec-*  
*clesiâ & Republicâ* colluces, statuemus pro aureo candelabro, pectus  
omnium nostrum, pro lumine, omni iugas, iuxta *Eremitici* nostri *Insti-*  
*tuti*, scientias, pro incensis odoribus, quotidianas orationes; Et deni-  
que pro *Musicâ Symphoniâ*, ad apprecationes, hoc ipso in *Sacrario*,  
intimo ex affectu perennitèr habendas, nos submittimus. Atque ut  
Talem (ô quis bonus *Genius* hoc daret!) Tui viam effigiem, non  
solum hic *CLARVS MONS* noster, sed reliqua omnia *Archi-antistitis*  
*Gnesnensis* *Palatia*, & *Aulæ*, quas aliquando inhabitasti, æternum o-  
stentent, Eam solertes manus are ducant, ebore aut succino reddant,  
*Marmore* sculpant, *Auro* fundant, ubique affigendam; ut ita, etiam  
ipsa *Archi-Præsuleæ* *Domus*, ipsiq; *parietes*, *participes* Tuæ in  
*VIRGINEM CZESTOCHOVIENSEM* *Pietatis*, *Gloriosè* detriumphent;  
sicque posteris fiat *stimulatio*, quasi ipsis *Tectis* *exprobrantibus*, *LV-*  
*BIENSIANÆ* *Munificentie* *dispare* *succeffores* *Domicilium* illud sub-  
ijisse. Ast auertat etiam istam *auaritiæ* pestem, à sua *Vicariæ* *Potestatis*  
*succefforibus*, *Præpotens* *Deus*! Ut quisquis illorum, siue hîc, siue  
alibi hauriet *oculis*, *LVBIENSIANAM* hanc *venerationem*, suas  
paritèr, & ille *opes*, non *cupiditate* *sordidâ* *obserabit*, aut in *sumptus*,  
*Præsule* quouis & *Sacerdote* *Christi* *indignos* *elocabit*; Verum in  
*Dei*, *Diuorum*que *cultum* *exornandum* *munificè* *explicabit*. Ita vo-  
uemus! Ita fiat! Quibus omnibus quæ subijcimus *vtis*: Tu ô  
*MAGNA DIVA* *adspira*! Ex quo enim, à *REVERENDISSIMO*  
hoc nostro *ARCHI-ANTISTITE*, Tuæ huius *Sacræ ædis*, *Munifico*  
*Conditorè*, hæc ipsa, *celebrata*, *Religiôsæ* *Pietatis*, *profluxerunt*  
*Monumenta*, in eiusdem *vicissim* *Gloriæ* *Amplitudine* *colligantur*.  
Fac, *precamur* *supplices*, quâ *Pia & Clemens* es, ut dum ab *admiran-*  
dis hoc in loco per Te, hætenus *patratis*, siue etiam *patrandis*, in *poste-*  
rum *euentibus*, *nata* *Deuotio*, suam *prosequetur* *institutionem*; *ILLV-*  
*STRISSIMVS* paritèr noster *Mæcenas*, tanquam *Tuus*, ex *antiquo*  
*Subarrhatus* *Desponsatus*, *Vbi* *satis* *VIRTVTI*, *ECCLE-*  
*SIAE*, *GLORIE*, *PATRIÆ*, *FELICITATI*, *CÆ-*  
*LO* *super omnia*, *maturus* *vixerit*, *TE PATRONA & IN-*  
TER-

Munificè-  
tia Reue-  
rendissimi,  
optimum  
suceffori-  
bus, ad si-  
milis opera  
præstanda  
exemplar-

Votum ad  
Diuâ Cla-  
romontanâ  
pro Illu-  
strissimo,  
præsentis  
Sacelli Fû-  
datore.



TERVENT  
Apotheosi mel  
Beatus redonet

A VDI hæc  
V A! Qui  
potib' longinq  
(sic fatali necel  
At nequaquan  
parte Tui, pos  
utpotè, quem si  
mantino in ani  
RAM in Tem  
pro Ecclesiâ, pr  
posuit. O dign  
destinatum! O  
v nico ædificio.

Quod reliquum  
neuolentiâ, H  
auro intinctis tr  
Virtutibus, ext  
dationem appe  
nostra exorsa et  
bamus tantispe  
Tua Pietas, om  
celebrabitur.  
TRIX T  
MATER  
appromittimu

Tanden  
Emens  
Te i

VO  
Pro ILLVST  
A  
M  
Lechia  
Te vet





TER VENTRICE Potentissimâ, vel pro isto adeo insigni opere,  
Apotheosi meliore, quàm vnquam Romanorum Augusti, æternum  
Beatus redonetur.

**A**VDI hæc vota Deus! Audi CLAROMONTANA DI-  
VVA! Quia & Iusta & Pia sunt. Quamuis sera sit, ô sera, & Ne-  
potib<sup>9</sup> longinquis, nota dies! Quæ Te ARCHI-REVERENDISSIME  
(sic fatali necessitate res nostras urgente) excessisse nobis nuntiabit.  
At nequaquam tunc etiam Totus à nobis abibis: Maiore & meliore  
parte Tui, post quosuis extremos cineres, inter nos inquam manebis:  
vtpotè, quem singularis, erga Ordinem Paulinum, Beneficentia, ada-  
mantino in animis nostris, stylo expressit; Veneratio erga DIVIPA-  
RAM in Templo isto superstitem reliquit; Et denique Gloria rerum  
pro Ecclesiâ, proque Patriâ, præclarè gestarum, memorabilem ubique  
posuit. O dignum vitæ Mortisque genus, quod totum Æternitati est  
destinatum! O Te Felicem! cui tantum Patria Vniuersa, vel pro hoc  
vnico ædificio, se debere recognoscit!

Eidem vel  
pro hoc  
vnico ope-  
re, Patria se  
multum  
debere æ-  
ternum p-  
fitetur.

*Pectore Te condit proprio, Famæq; sepulchrum  
Post, Tibi, Fata parat. Moreris: Non. Vita perennat.  
Conditus in Patria, nescit obire, sinu.*

Quod reliquum est; Ignosce quæso, ac simul Excipe Paternâ Tuâ be-  
neuolentiâ, Hoc ÆTERNITVRÆ GLORIÆ, non ex  
auro intinctis trabibus, sed ex Tuis genuinis, omni Cedro nobilioribus  
Virtutibus, exstructum DOMICILIVM. Quod nequaquam lau-  
dationem appellare lubet, sed conatum non nisi, quem imbecillitas  
nostra exorsa est, non contexit; adumbravit non depinxit. Pange-  
bamus tantisper, donèc Theatris grandioribus, integra postmodum  
Tua Pietas, omnium calamis, omnium linguis, altiùs profundiusque  
celebrabitur. Augures nos, nec vana ferimus. **SOSPITA-  
TRIX TVA DIVA, ÆTERNI VERBI  
MATER**, id spondet, sed & nos æternum, pro illâ, Vadimonium  
appromittimus.

*Tandem, sed olim, Patria post quater  
Emensa, Magni, secula, Nestoris,  
Te inter Polonorum Sacratos*

**INDIGETES NVMERABIT VLTRO.**

**VOTVM NON SINE OMINE.**

Pro ILLVSTRISSIMO & REVER:mo ARCHI-ANTISTITE,

AD DIVAM CLAROMONTANAM.

**M**Axime, Pontificum, quem cingit vitta corymbis  
Archi-episcopis, Totus veneratur & orbis  
Lechiadum, Summumq; cupit prensare Theatrum,  
Te veterum Decus Heroum; quos inserit astris

O 2

Et

707



INSTYTUT BADAŃ  
nad Edukacją i Kulturą





Et patulum celebris decantat Fama per axem.  
Te Talem expeit, Sacratum G N E S N A Toparcham,  
Sauromatum populus, Regni Princepsq, Senatus,  
Emeritum Heroem, fulgens super ardua, pergit  
Tollere Te virtus, ut clari syderis instar  
Dispenses sine nube dies, noctesq, serenas  
Expulsis tenebris flammâ lucente coronas.  
O Lux! ô P R Æ S V L. Niueo candore coruscus!  
Patritas iaculâre faces, vittâq, nitenti,  
Dispungas umbras, pallantia fulgetra Erebi,  
Qua vel Tanarijs vitiorum fata sub antris,  
Hereseos, vel quæ de semine nata; phrenesim  
Progenerant, animisq, nocent, Fideiq, nitorem  
Corrumpunt. Tu Luce Tuâ procul ire sub Orcum  
Ipse iube, egregias animato in praelia vires.  
Lechiadum, omnino noua, Tecum surget, Imago!  
Quando Felicis, reuolutis orbibus, æui,  
Aurea Sarmaticis habitabunt secula terris;  
Solq, diem meliore comâ diffundet, & altos  
Splendidius claro ducet temone iugales,  
Hac mens stat, Magno, vna Deo. Iam lenius aura  
Ridet & ingenti cumulânt, sua dona, fauore  
Calicola, Omnia Fausta fluent. Te Prasule, Olympus  
Nos pariter posthac, meliori sorte beabit.  
O Superi date Lilia! postibus Aurea ferta!  
Laurea ferte simul! Tranquilla huic vota vouemus!  
Astrigeri Regina Chori, superæq, Phalangis,  
Sola polis, terrisq, potens. Tibi Pontus & æther  
Paret, & imperium agnoscunt, Dominamq, fatentur.  
Tu Tanta ac Talis, quam circum flamma coronat  
Stellimicans, CLARO cui struxit MONTE Dynasta  
Sacratum, Sacrum Fanum. Sis præsto Patrona  
Ipsius votis. Tuus est. O VIRGO, Camæna  
Quod mea cunq, sonat, Tu Clemens percipe pronâ  
Aure precor, Vincat præcelsa mente labores  
Præsuleos, Nec vana ferant hæc gaudia venti,  
INTRET & ÆTERNOS post SÆCVLA SERA TRIUMPHOS.

**H**Æc habuimus, ILLUSTRIS: & REVERENDISS: PRIN-  
CEPS, quæ pro argumento conceptæ gratitudinis, memor beneficio-  
rum, per Te, in DIVAM CLAROMONTANAM collatorum, vocali calamo,  
religiosus effudit animus. Nisi quod tacentes, in longè maiorem, Tuæ istius  
Munificentiae, vniuersi prorumpimus venerationem. Sit satis intereà, & Tibi  
ad splendorem; & nobis ad laudem; Si pro innatâ Tibi humanitate, hoc exile,  
Genij Proto-Eremitici monumentum receperis. Id petimus humiliter Venera-  
bundi. Fausta omnia, diuq, rata, Illustr: Celsitud: Tuæ apprecantes.

